

defendit, licet aliud sit in reconventione, ne quod in defensionis remedium sustinetur ad impugnacionis materiam extendatur, ut in d. cap. *Cum inter in su.* Adde quod cum Auditor Camera possit cognoscere causas appellacionum, consequenter videtur posse facere illa omnia, quae ad hanc cognitionem sunt necessaria, quia permisso sine omnia videntur permilla, per que pervenitur ad illum ut hic probatur in vers. *Verum*, & notat Butr. n. 8. & Marian Socin. ino. not. facit cap. *Præterea*, supra de offic. Deleg. & rex. in l. *Ad legatum*, & in l. *Ad rem mobilem ff. de procurat.* alioquin facultas cognoscendi esset frustratoria, quia, ut in qui Butrius hic in i. notab. exclusus à medio jurisdictionis d. lativo, excluditur à fine jurisdictionis defensionis: ad quod vide bonam glof. in Clem. *Religiosa*, in ver. *Sustineret de procur.*

37 In contrarium facit, quia appellans ab iniustitia excommunicationis non debet audiri, nisi prius petat abolitionem, ut est casus in hac Decretali, & sicut d. c. *Quod est supra nom. 10.* Sed Auditor Camera non potest sic appellatorem absolvere etiam cum reincidentia, & ad cautelam, ut in declaratione S. Congregationis: ergo nec potest eum in causa appellacionis audire, quia exceptio excommunicationis, repellit appellatorem à limine iudicii, ut hic, & in cap. *Cum contingat*, supra de offic. Deleg. & impedit litis ingressum cap. *Intellimus*, cum materia, supra de iudicio, Federic. de Senis cons. 166. *Mirandum est, in princ.* Et potest opponi in qualibet parte iudicii ne quiquam in periculo animæ suæ excommunicato communicare cogatur, cap. *Exceptionem*, de except. Sed etiam huiusmodi exceptio non opponatur, tamen excommunicatus est iudicis officio repellendus, ut ibi dicitur in fin. & in cap. *Pia videm in fin. eod. tit. lib. 6.* quomodo ergo Auditor Camera poterit uti suis facultatibus in iudicio appellacionis, si non potest excommunicatum absolvere, etiam cum reincidentia, vel ad cautelam, & ante abolitionem debet eum etiam ex officio repellere.

40 Pro solutione quaestions distinguitur: Nam quandoque reus appellat non ab ipsa excommunicatione, sed ab alio gravamine, & in iudicio appellacionis opponitur ei exceptio excommunicationis: & tunc auditor Camera proculdubio potest eum audire, etiam si abolitionem non petat, etiam inhibitionem concedere, quia hæc est species defensionis, quæ ut prædixi, excommunicato non interdicitur: & in hoc casu loquuntur inducta ad partem negativam num. 37. Et quamvis textus in d. cap. ult. de except. loquatur quando appellans fuerat excommunicatus ex aliis causis, tamen procedit, etiam si fuerit excommunicatus pro eadem causa, pro qua est in iudicio, & satis est, ut appellaverit ab indebito gravamine, ut ibi, & in cap. *Cum inter Priorem*, eodem tit. & pro hoc allegatur cap. 1. de rescript. lib. 6. & ita intelligunt DD. d. cap. ult. ut ibi notat Abbas num. 7.

42 Quandoque autem reus appellat à sententia excommunicationis, quam dicit iniustam; & tunc Auditor Camera potest talem absolvere per seipsum, vel eum remittere absolvendum ad Episcopum excommunicatorem, sicut potest Metropolitanus ad Suffraganeum ut hic patet; & consequenter post impetratam abolitionem poterit eum in iudicio appellacionis audire, & Episcopo inhibere, Neque hoc casu obtinet declaratio S. Congregationis, quia loquitur in terminis excommunicationis Sedi Apostolicæ reservate ex causa violata libertatis ecclesiasticæ: & quamvis dubium fuerit conceptum de excommunicatis ab Episcopo, tamen videtur intelligendum de declaratis, seu denunciatis; alias enim non video quomodo excommunicatio lata ab Episcopo possit esse reservata Sedi Apostolicæ, cum sit excommunicatio ab homine, & non à iure, & conditor Canonis abolitionem concesserit excommunicatori, cum eam sibi non retinuerit, ut cap. *Nemo*, supra eod. nec Episcopus possit quemquam excommunicare ob violatam immunitatem; sed tantum denunciare, cum excommunicatio ab homine ferri non possit nisi pro contumacia, cap. *Nemo*, il secundo, in qu. 3. & ibi Præfop. num. 3. vers. *Item nota*, quod nemo est excommunicandus nisi pro contumacia, Abb. supra in hac Rubrica, num. 1. Capell. Tholof. decis. 298. Quandoque excommunicatus non appellat ab iniustitia, sed dicit sententiam excommunicationis nullam: & hoc casu absque dubio potest audiri in Tribunali Auditoris Camera, & inhibitionem obtinere, quia non indiget abolitione, ut deciditur in hoc cap. & dictum est supra num. 3.

43 Quandoque demum reus appellat non à sententia excommunicationis sed ab illius declaratione: & tunc similiter Auditor Camera non prohibetur in causa procedere, & inhibitionem decernere, etiam si agatur de declaratoria excommunicationis Sedi Apostolicæ reservata, puta ex causa violata libertatis, vel immunitatis ecclesiasticæ. Ratio est, quia à tali declaratoria, nisi excessus sit notorius, datur appellatio tam ad effectum devolutivum, quam suspensivum, & interim appellans non debet se habere pro excommunicato, nec tenetur petere abolitionem, ut probatum est supra num. 2. unde nihil obtinet quominus audiri possit, & inhibitionem obtinere in Tribunali Auditoris Camera: dummodo tamen sit declaratum ex causa violatæ libertatis, vel immunitatis Auditor Camera non absolvat etiam ad cautelam, vel cum reincidentia: obtinet enim reservatio Apostolica, & declaratio S. Congregationis secundum ea quæ dicta sunt supra num. 31. & 33.

47 Atque ita die 27. Aprilis 1650. in S. Congregatione super huiusmodi appellacionibus, & inhibitionibus dictum fuit in Tribunali Auditoris Camera posse quidem concedi monitoria, & inhibitiones iis, qui ab Episcopis, vel aliis Ordinariis declarati fuerint excommunicati ob violatam jurisdictionem, libertatem vel immunitatem ecclesiasticam & ad Sedem Apostolicam appellaverint, cum ab huiusmodi declaratoria, nisi excessus sit notorius, datur appellatio ad utrumque effectum devolutivum, & suspensivum, & Auditor Camera sit iudex ordinarius quarumcunque appellacionis, quæ à sententiis per Ordinarios latis etiam extra statum ecclesiasticum ad eandem Sedem interponuntur, sed non posse eos absolvere etiam cum reincidentia, vel ad cautelam, obtinente decreto hac de re edito, & à san. mem. Urbano VIII. approbato, quod Sacra Congregatio observari mandavit.

48 Dictum est, nisi excessus sit notorius, quia talis non auditur appellans cap. *Cum sit romana*, S. Præterea, cap. *Pervenit*, il primo cap. *Consuluit*, cap. *Proposuit*, supra de appellacionibus, & hic notat Abb.

Abb. Anriq. n. 2. circa finem, in ver. *Non debet post Innoc. in cap. Tunc nos*, num. 4. supra de cohabitatis, Clericor. & mulier. & hic iunge quæ in proposito scripsi in cap. *Cum ex inuncto*, num. 5. & seqq. de nov. oper. nunciat.

De Sententia excommunicationis.

Cap. Contingit il secundo.

S V M M A R I V M.

- 1 Clericus si à Prælati suo tertio monitus non reassumit habitum, & tonsuram, perdit privilegium clericale.
- 2 Clericus quamvis habitum, & tonsuram dimittat, & negotiis secularibus se immisceat, non perdit privilegium Canonis, nisi tertio monitus noluerit se emendare.
- 3 Clericus à laicis discernatur in modo tonsuræ, in vestimentorum forma, & negotiorum qualitate.
- 4 Facta sunt potentiora, quam verba, & n. seq.
- 5 Clericus non potest verbis renunciare privilegio fori, nec Canonis, potest tamen factu ipso.
- 6 Clericus per dimissionem habitus, & tonsuræ ante trinam monitionem non perdit privilegium fori, & numer. 10.
- 7 Nec privilegium Canonis, n. 10. & 13.
- 8 Et quid post Concilium Tridentinum, n. 25.
- 9 Et monitus fori non potest per iudicem seculares, vel alium, sed per Episcopum, vel alium Prælatum habentem Episcopalem jurisdictionem.
- 10 Nec sufficit una monitio pro omnibus, sed debet esse trina.
- 11 Clericus, qui dimisso habitu, & tonsura immisceat se negotiis secularibus, non perdit privilegium immunitatis ab oneribus laicis, nisi ter monitus à negotiationibus non desistat.
- 12 Intellectus cap. Ex parte, il secundo, de privileg.
- 13 Intellectus cap. Perpendimus, de sententia excommunicationis.
- 14 Sacerdos, qui depositio, habitu, & tonsura in sevis enormitatibus deprehenditur, non gaudet privilegio Canonis, ibidem, & n. seq.
- 15 Gaudet tamen privilegio fori, nisi ter monitus non desistat, n. 13. & n. seq.
- 16 Clericus deprehensus in enormitatibus, & captus sine habitu, & tonsura remittendus est ad iudicem ecclesiasticum.
- 17 Clerici etiam in sacro per annum exercentes artem ioculariorum, vel histrionum, perdunt ipso facto privilegium clericale: sed si breviori tempore requiritur trinam monitionem.
- 18 Clericus, qui miles efficitur, & sava exercet, perdit eo ipso privilegium clericale.
- 19 Clerici coniugati non incidentes in habitum, & tonsuram, clericale privilegium sine ulla monitione amittunt.
- 20 Clericus incorrigibilis quando perdat privilegium fori.
- 21 Clericus assensus sine ulla monitione, vel sententia relinquatur Curia seculari.
- 22 Clericus de assensu impudatus si preperatur carceratus per iudicem laicum, an sit remittendus ad iudicem ecclesiasticum, ut ferat declaratoriam super facto, & n. seqq. usque ad n. 25.
- 23 Clerici habent iura assensuum super omnimoda exemptione à seculari potestate.

- 22 De qualitate iurisdictionem tribuente ante omnia constare debet.
- 23 Iudex laicus ante declaratoriam iudicis ecclesiastici super assensu nescit se iudicem contra Clericum.
- 24 Sententia absolutoria, vel condemnatoria in uno foro pariter exceptio nem rei iudicata in alio.
- 25 Clericus minorum Ordinum non beneficiatus, nisi habitum, & tonsuram deserat, & Ecclesiam deserat, ex Concilio Tridentino fori privilegium perdit sine alia monitione.

CONTINGIT il secundo, Clericus si à Prælati suo tertio monitus non reassumit habitum, & tonsuram, perdit privilegium clericale. Hoc dicit Ioan. Andr. Butr. Card. Anchar. & Felin. Vel secundum Mar. Socin. ut expressius conveniat titulo: Quamvis Clericus dimittat habitum, & tonsuram, & negotiis Clerico non convenientibus se immisceat, non perdit tamen privilegium Canonis, nisi tertio monitus noluerit se emendare. Hoc dicit. Primo ponitur Comitis querela. Secundo provisio, ibi, verum quia.

Nota primo ibi, nec in modo tonsuræ, Clericos in tribus discerni à laicis. Primo scilicet in modo tonsuræ, seu coronæ, ut in cap. *Duo sunt genera*, 12. quest. 1. in cap. *Clericus*, 1. & 2. de vita, & honestate Cleric. Secundo in forma vestimentorum, de quo in cap. *Clericus*, il secundo eod. tit. ubi habetur vestem debere esse talalem, & aliam formam non legimus, secundum Abb. hic num. 2. vers. *Et caveatur ut portent vestes usque ad talos*. Tertio in qualitate negotiorum, ut in cap. *fin. de vit. & honestate*, cap. 1. & 2. de Cleric. vel Monach. cap. *Pervenit*, 86. distinct. & hic notant Ioan. Andr. num. 2. Cardin. num. 1. Butr. num. 2. Anchar. nu. 1. Abba & Mar. Socin. in 1. notab.

Secundo, nota ibi, factu, ad amissionem privilegii clericalis potentiora esse facta, quam verba cap. ult. supra de vit. & honestate Cleric. Nam Clericus non potest verbis renunciare privilegio fori, nec iudicem laicum sibi constituisse, etiam si proprium iuramentum, & adversarii consensus accedat, ut est casus in cap. *Si diligenti*, supra de foro competent. & idem in privilegio Canonis, ut cap. *Contingit*, supra eod. & tamen potest huiusmodi privilegii renunciare factu ipso, si post dimissionem habitus, & tonsuræ tertio communitus eo ipsum contempserit emendare, ut hic in littera, & in cap. *In audientia*, supra eod. facit cap. 13. 44. distinct. cap. *Si quis uxorem*, 26. quest. 2. & cap. *Dilecti*, de appellacion. & est glof. notat in c. *Perpendimus*, in verb. *Cogatur*, supra eod.

Tertio notabi, ut talem tertio à te communiti. Per dimissionem habitus, & tonsuræ Clericum non perdere privilegium clericale ante trinam monitionem; & ita hic est casus secundum, Abbatem in sum. text. & eum in littera dicitur, à te communiti, & supra, in d. c. *Electus*. Hinc collige huiusmodi monitionem fieri non posse per iudicem seculares, vel alium quemcumque, sed fieri debere per Diocesanaum, ut hic observant Ioan. Andr. num. 1. in verb. *Abba*, Anchar. n. 3. & Abb. n. 5. tamen Decretalis in audientia, supra eod. generaliter loquitur de Prælatis; unde per illum textum ducendum.

cedum est hanc monitionem fieri posse per quemcumque Prælatum habentem jurisdictionem Episcopalem, ut bene hic per Abb. d. nu. 5. & in simili notat glos. in Clem. 1. in verb. *Propris*, de reb. Eccl. non alien. & in Clem. 1. in verb. *Divesanus*, de foro competens.

8 Rursus cum textus noster dicat tertio communiti; ex hoc collige in hac materia privationis privilegii clericalis non sufficere unicam monitionem pro omnibus, sed absolutè trinam monitionem esse necessariam, ex quo ad penam incurrendam, jus tertiam monitionem requirit, ut notat glos. singularis in Clem. 1. in verb. *Tertio*, de vita, & honest. Clericor. Io. Andr. in cap. *Tue*, nu. 4. in verb. *Trina*, de Cleric. non residens. & Abb. hic nu. 4. in verb. *Tertio*, quod nota perpetuè ad limitationem cap. *Constitutionem*, §. *Statuimus*, de sentent. ex. omni. lib. 6.

9 Stat igitur conclusio, quod Clericus apostatando ab habitu, & tonsura, non perdit privilegium clericale hoc jure inspecto, nisi præcesserit trina monitio; & hæc est communis opinio, ut attestatur Covarr. *pract. quest. 32. n. 1.* & Iul. Clar. in §. *fin. qu. 36. vers.* *Hæc autem quæ de Clerico*, & videtur communiter practicari, ut inquit Imola in c. *fin. post. num. 7. vers.* *Adverte tamen, de vita, & honest. Cleric.* & irrefragabiliter probatur in hoc c. Et quamvis Marian. Socin. intelligat hunc tex. de privilegio Canonis *Signis* *suadente*, 17. qu. 4. ut faciat ad titulum: verè tamen loquitur de privilegio fori, ut patet ibi, *ad penam subterfugium*. Item ibi, *ad publica iudicia pertrahuntur*, nec non ibi, *ut possint circumvenire vindictam*: unde Bernardus format casum in quibusdam, qui nec in tonsura, nec in forma vestimentorum, nec in qualitate negotiorum aliquid de Clerico ostendebant, sed ut penam possent aliquando evitare se pro Clericis exhibebant, & cum super excessibus conveniebantur, circumcisus crinibus allegabant fori privilegium. Verum tamè idem juris est in privilegio Canonis, quod non perdit Clericus gerens se pro laico ante trinam monitionem, ut est casus in cap. *In audientia*, supra eod. & idem in privilegio immunitatis, & oneribus laicalibus, quibus non privatur Clericus, nisi tertio monitus à negotiationibus secularibus non ablineat, ut est expressum in cap. *ultim. supra de vita, & honestat. Cleric.* & de privilegio clericali in rebus, & personis est textus in Clem. 1. eod. tit.

12 Prædictis non obstat textus in cap. *Ex parte*, *il terzo sup. de privil.* ubi est casus, quod qui in habitu, & tonsura, & ceteris ut laici conversantur, deprehensi in maleficiis, se pro Clericis non defendunt: quoniam ille text. procedit quando non constat eos verè esse Clericos, licet aliquando assumpserint habitum clericalem, & tonsuram, & postea deposuerint: nam per hoc defendi non possunt ut Clerici, si delicto fuerint deprehensi, & antea communi opinione non putabantur Clerici, etiam si deinde velint reassumere habitum, & tonsuram, ut ibi declarat glos. *penult. Abb. n. 4. in princip. juncto fine*, & communiter Scribentes, Alex. in *conf. 8. Videtur super primo dubio*, num. 2. *vers. non obstat id, quod habetur*, lib. 1. licet aliter intelligant illam Decretalem Abbas Antiq. hic in sua plena distinctione num. 1. Io. Andr. num. 5. & Anchar. n. 4.

Item non obstat cap. 1. de *Apostat.* quia plures

haber intellectus, ut ibi per Doctores, & per Alex. *dicta conf. 8. n. 2. circa fin. vers.* *non obstat etiam*, & glos. *ultim. ibi intelligit textum* quando præcessit trina monitio, quo sensu illa Decretalis concordat cum textu nostro.

13 Rursus non obstat cap. *Perpendimus*, supra eodem, ubi sacerdos, qui dimisso habitu, & tonsura se immiscuit sævis exortibus, privilegium amittit: nam & ille textus multiplices habet intellectus, de quibus per glos. & DD. ibi, & per Alex. *dicta conf. 8. num. 2. vers.* *Et ad, dict. cap. Perpendimus*, lib. 1. *Capyc. decis. 161. in causa Cruseconi*, & Iul. Car. in §. *fin. q. 31. vers.* *Quo modo*, & magis communis intellectus est, quod Decretalis illa locum habeat tantummodo in privilegio Canonis, *si quis suadente*, 17. qu. 4. non autem in privilegio fori, quod non amittitur, nisi præcesserit trina monitio. Cui intellectus nullam appaudent verba illius cap. dum dicit interfectores dicti Sacerdotis non esse cogendos a Pontifici Sedem adire pro absolutione obtinenda. Quæ verba videntur magis congruere excommunicationi, quæ incurritur ex Canone, *si quis suadente*: quam illi, quæ incurritur propter violatum privilegium fori: & hunc intellectum posuit ibi Io. Andr. n. 5. dicens, si Clericus sumptis armis, & dimisso habitu ingreditur bellum, vel aggressiones quoad illos, qui tunc eum percutiunt, perdit privilegium, sed non quoad forum; unde tunc captus debet relictus iudicio ecclesiastico: similiter Petr. de Ancharan. in cap. 1. num. 2. *vers.* *Si verò reliquit, de Apost.* concludit Clericum, qui dimisso habitu, & tonsura favis-normitatibus se immiscet, & perseverat. ac deprehenditur in illis per iudicem sæcularem, non posse ab eo puniri, sed esse remittendum ad iudicè ecclesiasticum, nisi monitio præcesserit: idq; probat multis iuris, & allegat glos. quæ idem videtur dicere in cap. *Ex parte il terzo*, in verb. *Deprehensi, de privileg.* & sequitur Alex. *dicta conf. 8. num. 3. lib. 1.* dicens verior em, & magis communem intellectum esse quod d. cap. *Perpendimus*, locum habeat in privilegio Canonis, non autem in privilegio fori, quod secundum eum non amittitur nisi post trinam monitionem, & secundum illud consilium Alex. dicit millies, imò semper fuisse iudicatum per Curiam, & consilia Neapolitana Grammaticus *super Constitutionibus*. Regis fol. 29. col. 1. *vers.* *De omnibus ubique*, & quicquid contra scripserit Alex. de Nævo in *conf. 59. post n. 20.* & alii plures relati à Julio Claro d. §. *fin. q. 36. vers.* *Quo modo, circa finem*: licet hodie hæc altercatio cesset quoad Clericos prima tonsura, vel minorum Ordinum propter decretum Concilii Tridentini cap. 6. *sess. 23. ut dicam infra n. 25.*

15 Declara primò regulam hujus textus, ut locum non habeat in Clericis, qui sunt publici ioculatores, vel histriones, etiam artem ignominiosam per annum exercent, carent enim ipso jure ante ullam monitionem omni privilegio clericali; licet si breviori tempore quam per annu integrum exercuerit artem illam, tunc privilegium non perdat, nisi ter moniti ab Episcopo non respuerint, ut est casus ad litteram in c. 1. & ibi omnes, de vita, & honestate clericorum, lib. 6. quod per Pam. statui desideraverat Host. in cap. *Perpendimus*, numero 1. & 2. *supra eodem*. Licet aliter, & non bene illud cap. fuerit summatum à Compilatori-

ribus, & procedit ille textus etiam in Clericis factorum Ordinum secundum Archid. Io. Andr. Geminian. & alios communiter licet Io. Monach. contra.

16 Declara secundò, supradictam regulam, ut locum non habeat in Clerico, qui dimissu habitu & tonsura fecit actum omnino contrarium ordini clericali, ut quia miles efficitur & sæva exercet: nam sine ulla monitione perdit eo ipso privilegium clericale, ut cap. *Quisquis*, 84. *distinct.* & tenet Innocent. in cap. 1. num. 3. *vers.* *Sed alii contradiunt, de apostat.* Cum quo concordant ibi Holtien. num. 4. *vers.* *Alii contra*, Ancharan. nu. 2. & reliqui omnes, Alexand. d. *conf. 8. num. 3. lib. 1.* & sentit à contrario sensu glos. Bernardi post casum in cap. *In audientia supra eodem*, dum ait Clericos, qui arma sumunt, dummodo se enormibus non immisceant, retinere privilegium clericale usque ad tertiam admonitionem; quod nota pro limitatione, & intellectu illius Decretalis, sed hoc intelligas de privilegio Canonis, non autem de privilegio fori, ut constat ex dictis supra n. 13. & 14.

17 Declara tertio, regulam hujus Decretalis, ut procedat in Clericis non conjugatis, non autem in Clericis conjugatis, quia per dimissionem habitus, & tonsura sine ulla monitione amittunt eo ipso privilegium clericale, ut cap. *Imo*, §. *in ceteris, de Cleric. conjugatis*, lib. 6. & hoc omnes fatentur, ut inquit Covarr. *pract. quest. 32. post. num. 1. quem refert*, & sequitur Clar. in §. *fin. q. 36. vers.* *Hæc autem*.

18 Declara quartò eandem regulam, ut non procedat in Clerico incorrigibili, qui levatis gradibus præscriptis in cap. *Cum non ab homine, de iudic. factum efficitur de foro sæculari*, nec requiritur traditio iudicis ecclesiastici secundum opinionem Ioan. Andr. licet alii contra, ut ibi dixi num. 25. & 26. Et tamen casu Clericus non perdit privilegium fori sine monitione, quam post depositionem debet excommunicari quod non fit nisi competenti monitione præmissa, ut cap. *Sacro*, supra eodem, cap. *Constitutionem*, eodem titulo lib. 6. & sic non est incorrigibilis, nisi ter monitus non desistat, ut post Io. Andr. notat Bûr. in d. cap. *Cum non ab homine*, n. 22.

19 Declara quinto, regulam hujus cap. ut locum non habeat in Clerico Assassino, qui abique ulla monitione, vel sententia tanquam publicè diffidatus ipso jure, & factò relinquatur Curie seculari, ut est textus notabilis in cap. *Pro humani, de homicid. lib. 6.*

20 Sed hic incidit dubitatio, an Clericus imputatus de assassinio, si reperitur carceratus per iudicem laicum, remittendus sit ad iudicem ecclesiasticum, ut ferat declaratoriam super facto.

21 Solutio, Cum Clericus habeat regulam pro se, & juris assistentiam super omnimoda exemptione seculari potestate, cap. *Continua*, cap. *Si quisquam*, cap. *Clericus*, cap. *Volumus*, cum pluribus sequentibus, 11. *quæst. 1. cap. Si diligenti*, de foro competenti, cum multis similibus, ut dixi in cap. 22.

22 Ecclesiastica iura in via numero 10. de *Constitution.* & iudex secularis ad regulæ limitationem fundet intentionem suam super assassinio: utique de hujus modi qualitate jurisdictionem tribuente in primis, & ante omnia constare debet, l. 2. §. *Si dubites*, & l. *Si quis aliena*, ff. de iudic. conitare

Prosp. Fagn. in 2. par. 15. lib. Decretal.

autem non potest, nisi per declaratoriam iudicis competentis, cap. *Cum secundum*, de hæret. lib. 6. Ergo non videtur ambigendum, quin curia secularis teneatur hunc Clericum remittere ad suum iudicem, qui ferat sententiam declaratoriam super facto, quandoquidem ante eam laicus nescit se iudicem, cap. *Si iudex laicus, de sentent. excommunicat. eodem libro*, & aque ita in terminis clerici assassini per hanc rationem concludit Cardinal. Alban. *conf. 13. & de communi tellatur Alexander conf. 166. num. 5. lib. 7.* & latius dicitur inferius.

Ac propterea non obstat c. 1. de *homicid. lib. 6.* ubi disponitur, ut talis ipso facto incurrat sententias excommunicationis, & deponitionis ab Ordine, officio, beneficio, & nullatenus alia sententia ad versus eum requiratur. Nam, etsi non requiratur sententia declaratoria, quod talis commiserit assassinium, ut probat littera ejusdem Decretalis ibi; & postquam probabilibus consueti argumentis aliquem scelus tam execrabile commississe; & ita tenet ibi Archid. Ioan. Andr. Gemin. & alii omnes Capic. *decis. 112. num. 7.* Dum enim in principio ejus decisionis legitur, videlicet esse communem opinionem quod talis Clericus possit puniri à laico sine sententia saltem declaratoria, puto litteram esse corruptam per ablationem particulæ negativæ non, alias nec verba proxima cohererent sine sententia saltem declaratoria, nec ratio congrueret, ibi: *Sine enim tali sententia*; & contradiceret sibi Capic. in *fin. n. 7.*

Hæc autem declaratio fieri debet per iudicem Ecclesiasticum DD. in dicto cap. 1. Clar. in §. *fin. quest. 36. vers.* *Sed quæro, ibi Sed numquid talis declaratoria*. Et est ratio, quia si iudicium, & potestas, circa hoc data seculari non exercetur nisi declarata qualitate jurisdictionem conferente, talis declaratio fieri debet per iudicem ecclesiasticum, alioquin, cognitione, & sententia emanaret à non habente jurisdictionem, ut arguit Capic. d. *dec. 112. prope fin.* & quamvis, ut tellatur idem Capic. d. *dec. 112. & decis. 155. n. 25.* observantia in Curia Neapolitana aliter habeat, & Clar. referat similiter observari in suo Mediolanensi, ut si talis Clericus sit in potestate iudicis secularis rejecta exceptione Clerici procedatur ad ulteriora, & profecto processu, consilioq; assassinio, feratur per iudicem secularè declaratoria simul & condemnatio: tamen contra hujusmodi observantiam stant iura, & DD. communi calculo, testibus eisdem Capic. & Clar.

24 Vbi autem iudex ecclesiasticus prævenit cognoscendo, & sententiam super eodem delicto, iudex secularis deberet omninò quiescere; siquidem sententia sive condemnatoria, sive absolutoria lata in uno foro parit exceptionem rei iudicatæ in alio, cap. 1. de *except. lib. 6. l. Cum quaritur*, & l. *Et ad eadem*, ff. de *except. rei iudicatæ*. Federic. de Senis *conf. 157.* Alexander Episcopus num. 2. *vers.* *Præterea Dominus Papa Bonifacius*, Aret. *conf. 58. num. 12.* Boll. in *trad. de foro competenti*, num. 100.

25 Declara ultimò regulam hujus textus, ut vendicat sibi locum inspecta iuris communis dispositione, secundum quam Clericus, qui habitum, & tonsuram deposuit, non perdit privilegium clericale ante trinam monitionem. Sed hodie ex iura

novissimo Concilii Tridentini Clericus non beneficiatus fori privilegio non gaudet, nisi habitu clericalem, & consuetudinem deferens alicui Ecclesie interserviat, ut in cap. 6. sess. 23. neque ad hoc ulla requiritur admonitio, ut ex sententia Sacre Congregationis dixi in cap. Siquis, num. 21. supra de foro competenti. loquitur tamen decretum illud de Clericis minorum Ordinum, ut patet ibi, prima tonsura initiatus, aut etiam in minoribus Ordinibus constitutus. Quae verba censetur repetita in ver. Is etiam, unde in Clericis Sacrorum Ordinum servabitur regula hujus Decretalis eum declarationibus superscriptis: nam quod non mutatur, &c. l. Sancimus, C. de testam. l. Pro ipimus, in fin. C. de appellat. Item loquitur Concilium in privilegio fori: unde quoad privilegium Canonis Siquis suadente, & reliqua privilegia clericalia, de quibus notatur in cap. Altercationis, in glof. in verb. Omnia privilegia, de bigam. lib. 6. servabitur regula hujus cap. Cum suis declarationibus, ut similiter ex Sacra Congregationis sententia dixi in d. cap. Siquis, num. 72. & 73. de foro competenti, & ibi plene videas quae requirantur ex Concilio Tridentino ad hoc ut Clericus fori privilegio gaudeat, & n. 19, usque ad n. 73.

De Sent. Excomm.

Cap. Si aliquando.

S U M M A R I U M.

1. Papa si sua litteris excommunicatum salvet, non propter hoc censetur eum absolvere.
2. Sive excommunicatio lata fuerit à iudicibus inferioribus, sive à Sede Apostolica.
3. Excommunicatus etiam per litteras salvari non debet.
4. Poena gravis est inter homines versari, & eorum carere suffragia.
5. Certa scientia excluditur ab actu ex negligentia, multiplici occupatione agendorum, & subreptione.
6. Vitii remissio, seu approbatio ex sola communione non inducitur, nisi data scientia in communicante.
7. Papa an censetur excommunicatum absolvere si eum salvet ex certa scientia, & num. seqq. usque ad n. 15.
8. Absolutionis forma non servata excommunicatum non intelligitur absolutus.
9. Litteras scribens servo tanquam Decurioni, vel ancillae tanquam forori non censetur eis tribuere libertatem.
10. Excommunicatus non presumitur quem Papa ad osculum scienter admisit.
11. Papa nullis subiacet formi iuris positivi.
12. Excommunicati vigore Constitutionis, quam Papa vult haberi pro infecta, non indigent absolutione.
13. Praelati inferiores, quamvis per salutationem remittant iniuriam, tamen poenam non relaxant, nisi formiter absolvant.
14. Papa participando cum excommunicato, quem noluit esse absolutum, non incidit in Canonem.
15. Pensionarius, qui per episcopum interpellavit Titu-

larem excommunicatum ut personam salveret, eundemque in sine epistola salutavit an incidit in excommunicationem, & n. seq. usque in finem.

17. Excommunicato licitum est communicare in his, quae pertinent ad salutem animae.
18. Non tamen salutando eum, aut cohabitando, vel orando eum eo.
19. Contrarium n. 21. & seq.
20. Excommunicato licitum est communicare etiam per litteras in spectantibus ad salutem.
21. Epistola quid sit ibidem.
22. Verba superflua stipulationem non vitiant.
23. Excommunicatum aliquens correctionis causa potest etiam interserere verba placentiae, & signa dilectionis ostendere.
24. Imo & cum eo participare in mensa, & cohabitatione, dummodo hoc fiat principaliter ut eum ad poenitentiam inducat.

SI ALIQUANDO. Si Papa suis litteris excommunicatum salvet, non propter hoc intelligitur eum absolvere. Hoc dicit, Primò dictum ponit. Secundò causam reddit ibi, Cum per ignorantiam.

Nota primò excommunicatum etiam ab Apostolica Sede non censeri absolutum ex eo quod Papa suis litteris eum salvet: dum enim loquitur hæc Decretalis de excommunicato à Papa, exprimit casum magis dubitabilem: unde idem, & fortius dicendum in excommunicato à iudicibus inferioribus, secundum intellectum lo. Andr. in princip. qui supplet verbum, maximè, Butr. in 1. notab. Anchar. nu. 1. Marian. Socin. in 2. notab. & aliorum communiter. Ratio autem dubitandi in excommunicato auctoritate Apostolica ponit esse duplex. Primò, quia cum Papa illi communicet in salutatione, & communicare non debeat, nisi per viam absolutionem, videbatur eum velle absolvere ut necessarium antecedens. Deinde quia cum ei salutem impertiantur, ipsique salus esse non possit sine absolutione; idcirco videbatur velle ipsi absolutionis beneficium impertiri. Cujus tamen contrarium hic deciditur, & rationes decidendi habet in textu, quia per ignorantiam, vel negligentiam, vel occupationem nimiam, aut etiam subreptionem contingit huiusmodi litteras impetrari. Neque verò vis fieri debet in formula verborum salutationis: nam sive Papa eum salvet simpliciter, sive per illa verba, Salvetur in Domino, & Apostolicam benedictionem, vel consimilia, non intelligitur excommunicationis vinculum relaxare, secundum lo. Andr. in princ. in ver. Alloguo, & Marian. Socin. n. 2. vers. licet procedit nisi tamen.

Secundò nota ex eo quod Papa hic videatur se excusare, quod excommunicatum suis litteris salutaverit ignoranter, argumentum optimè, quod excommunicatus, etiam per litteras salutari non debet, ut hinc deducit glof. I. Hostien. in princip. Cardin. num. 1. Butrius & Abb. ambo in primo not. quod duplicem habet rationem. Altera respicit salutem, ne scilicet per salutationem videatur excommunicato consentire, secundum eos, & Marian. Socin. in cap. inter alia, n. 42. vers. Et quod dictum est de salutatione, supra eodem arg. c. Cui Hadrianus, in fine, & ibi glof. ultima, c. 3. distinet, & probatur in d. cap. Omnia, 24. qu. 1. ibi, Nec, auct. dixerunt: qui enim dixerit illi, Ave, communicat ejus malignis operibus. Altera ratio respicit ipsam

ipsam excommunicatum, ut scilicet facilius respiciat cum viderit, se contemni, cap. Pia, de exception. lib. 6. gravius enim poena est inter homines versari, & eorum carere suffragiis, l. His qui, C. de Apst.

Tertio nota, quæ excludunt certam scientiam ab actu, & ex quibus probatur, & presumitur ignorantia, videlicet negligentiam, multiplicem occupationem agendorum, & subreptionem, secundum Anton. de Butr. num. 4. & Marian. Socin., num. 3. Et quod dixit negligentiam, intelligit Officialium ad hoc deputatorum: nam, ut inquit Hostien. num. 3. & Ioan. Andr. in princ. in ver. Negligentiam, abicit ut Papam de negligentia publicè arguamus, argum. cap. Aliorum 9, qu. 3. & cap. Siquis Abbas, 18. quæ 2.

Ultimò nota ex sola communione non induci approbationem, vel remissionem vitii, nisi deur ipsius vitii scientia in communicante. Quod secundum Anton. de Butr. num. 3. nota pro eo, qui ex aliquo actu vult probare vitii purgationem, seu approbationem, ut illius vitii articulet scientiam.

In glossa primà ibi, sed pone, QUÆRO, an Papa salutando excommunicatum ex certa scientia censetur illum absolvere.

Pro parte negativa facit primò, quia in absolvendo præscripta est certa forma, quæ prætermissa excommunicatus non videtur absolutus, cap. Cum distuleret, cap. Quod in dubiis, in princip. & cap. Sacra, supra eodem. Deinde pro hac parte facit, quia scribens litteras servo tanquam Decurioni, vel Ancillæ tanquam forori, non exinde censetur eis tribuere libertatem, l. Intemus, Cod. de liberal. caus. & l. Non Epistola, Cod. de probatione.

In contrarium facit, quia ut legitur in capitulo Cuius olim, il primo supra de privilegiis, non presumitur excommunicatione ligatus quem Papa ad osculum scienter admisit. Ergo in dubio censetur eum absolvere. Præter Summus Pontifex nullis subiacet formi iuris positivi, sed quod vult, lex est, sive illius scientia appareat, cum legibus sit solutus, l. Digna vox, Cod. de legibus, & l. Princeps, ff. eodem. Posita ergo licentia Papæ, & voluntate, excommunicatus intelligitur absolutus, licet Papa non dicat: Absolvo te Patet, quoniam Papa tribuit potestatem Canonibus, ipsique ab eo vigorem sumunt, & non è converso, cap. Significasti, supra de elect. Quidquid ergo vult Pontifex, fervetur, consilio de illius voluntate, quidquid dicat iura. Demum hoc probatur hic à contrario sensu: Nam dum textus dicit: Cum per ignorantiam, &c. utique contrarium innuit si per scientiam: alioquin si Papa non posset excommunicatum absolvere, nisi servata iuris forma, non esset maior potestas Papæ, quam inferiorum iudicum. Et pro hac parte concludit glossa, & consentiunt Goffred. in præmio De retaliis, Vincent. Philipp. Tancr. & Hostien. hic relati à Ioann. Andr. n. 4. & Ancharan eodem num. Idem notat glof. in c. Si minus, in ver. Expressa n. 3. dist. ubi ait. Si Papa excommunicato communicaverit intendendo eum absolvere, factò, etiam si non verbo, habendus esset pro absoluto cum Principis sola voluntate libertatem concedat. l. Apud ff. de manumiss.

Iudic excommunicatum per huiusmodi factum Prosop. Fagn. in 2. par. 5. lib. Decretal.

lutationem intelligi absolutum, si constet de certa scientia Papæ, de qua constare dicitur, si hoc exprimat; aliàs secus; Casus est in Clem. Si summus, de sentent. excommunicat. & firmat hic Ioann. Andr. num. 4. vers. Iudic. Butr. numero 6. Cardinal. num. 1. vers. Quæro si Papa, & vers. Quæro quomodo constabit; Ancharan, numero 4. vers. Opponet ergo, Abb. num. 3. & 4. Marian. Socin. num. 2. ad finem.

Non obstat, quod in absolutione forma Ecclesie non fuerit servata; quia Papa ejusmodi forma non adstringitur, ut dictum est num. præcedenti. Et propterea si Papa revocet aliquam Constitutionem, & velit eam haberi pro infecta excommunicati vigore illius Constitutionis non indigent absolutione, ut notabiliter tenet glof. in Clem. 1. in ver. Præfectus, de immunitate Ecclesiarum: maxima enim est Papæ potestas circa jus positivum, ut ibi notatur, & probatur in cap. Proposui, de excess. præved. Etsam glossam sequitur Abb. hic numero 4.

Et hinc collige aliud esse in inferioribus Prælatibus, quia cum forma sint adstricti, quamvis per salutationem videatur iniuria remittere, ut inquit, de inur. h. si poenam tamen non relaxant nisi formiter absolvantur hic dicunt Doctores, præsertim Petr. de Anchar. n. 1.

Item non obstat, quod dictum est de litteris ad servum tanquam liberum: quoniam leges illæ loquuntur quando libertas in litteris enunciativa narratur. Quo casu non constat de scientia Domini, sed si constaret eum ex certa scientia nuncupasse servum liberum, & ambiguo tribuendo libertatem, & hoc exprimeret, dubium non esse quin servus libertatem consequeretur, cum dato libertatis pendente ex libera voluntate Domini, secundum Ant. de Butr. in fine.

In eadem glossa in fine QUÆRO numquid Papa incidat in excommunicationem minorem si participet cum excommunicato, quem ex tali participatione noluit esse absolutum.

Non, quia solutus est legibus. Ita concludit glof. hic & in cap. Si immixtus, in ver. Expectate 93. dist. in. dicens Papam non incidere in Canonem, quia non ligatur à Canone, ut c. Innotuit, supra de elect. & l. penult. ff. de arbitri. Idem notat glof. unica, in cap. Nulli supra eod. & loquuntur hic Hostien. numero 2. vers. Sed numquid incidet, & Ioann. Andr. in fine, & alii communiter. Subdit tamen Abbas num. 5. Papam non debere cum excommunicatis communicare, ut notatur in d. cap. Nulli, & ideo servari ut cum legati Principum, seu ut vocant Ambasiatores petunt audientiam, Pontifex faciat eos absolvi, & explicata ambasciati, ut verbis Abbatis utar, reducit eos in pristinam excommunicationem.

QUÆRO, Pensionarius quidam scriptis epistolam ad Titularem excommunicatum ob pensionem non solutam, eumque interpellavit, ut solveret, & in sine epistola, ut moris est, salutavit, numquid propterea in excommunicationem incidit.

Hostien. in cap. Cum voluntate, num. 2. in ver. In locutione infra eod. tenet illam Decretalem dum decidit licitum esse excommunicato participare in locutione in his, quæ pertinent ad salutem animæ, non habere locum in oratione in mensa, & in aliis, de quibus in cap. Nuper, s. In secunda, supra

pra eod. & mox subdit. Sed & caveat participans a salutatione, & cohabitatione, cap. *Omnia*, 24. *quæst. 1.* Videtur ergo Hostien. sentire in locutione posse quidem cum excommunicato aliquem participare in spectantibus ad salutem animæ, dummodo tamen a salutatione, & cohabitatione abstineant, quod etiam innuit ibidem Henr. Boich. *col. 4. post deum ip.* dicens posse aliquem participare cum excommunicato in locutione, inducendo ipsum ut ad Ecclesiam revertatur, non autem salutando eum, vel orando cum eo. Idem videtur sentire *glos. 1. hic circa medium*, dum ait: quamvis non debeamus excommunicatos salutare, peccatum tamen cum eis loqui de rebus pertinentibus ad salutem animæ: & ita vult *glos.* ut conversionis causa fas sit excommunicatum alloqui, sed non salutare.

19 Contrarium videtur verius, quia quod dicitur de locutione in d. cap. Cum voluntate habet locutionem etiam in scriptione, cum epistola nihil sit aliud, quam absentium colloquium, ut hic probatur ibi, *postea littera cum salutationis alioquin*; & in l. si procuratorem, ff. de procurator. & scriptis *et. 2. Philidicorum* (Amicorum, inquit, absentium colloquia epistolæ) & ad *struc. 7.* (Litterarum aliquid ad redem ut loqueretur tecum absens) unde Bart. in l. *Nad. 7. num. 4. vers. hic verb. sui scripturæ*, ff. de donat. dicit epistolam loqui cum eo, ad quem mittitur: quamobrem si licet excommunicatum alloqui in pertinentibus ad salutem animæ, & alia verba interponere, ut est casus in d. c. Cum voluntate. Ergo etiam licet ad eum litteras mittere cum salutatione. Et quidem hoc de plano procedit, si sequamur opinionem Innocentii in d. c. Cum voluntate, in *prin. in ver. Incidenter*, ex illi mantis licitum esse excommunicatum alloqui conversionis causa, & alia verba interferere, etiam si verba huiusmodi nec ad absolutionem, nec ad salutem faciant: nam & verba superflua stipulationem non viciant, l. *Quæ extrinsecus*, ff. de verb. obligat. secundum Hostien. & Io. Andr. ibi *num. 2.* & Butr. *nu. 11. in fine*, sed et si sequamur opinionem Hostien. *nu. 2. in eod. ver.* requirentis ut alia verba aliquo modo, licet non principaliter, proficiant ad salutem, nihilominus talis videtur salutatione, quia benevolentiam capta; & sic disponit, ut ex familiaritate salutis verba facilius recipiatur, ut considerat D. Thom. in *4. sent. dist. 18. q. 2. ar. 4. in corpore*: alioquin verendum esse ne debitor in salutatus, ac veluti contemptus, & correctionis acrimonia exasperatus oblitior fieret: ad hoc cap. Cum beatus, *45. dist. 1.* (Asperitatis autem nimis increpatio nec correctionem recipit, nec salutem) & Conc. Trid. in cap. *1. sess. 13.* ibi (Cum sapè jus erga corrigendos agat benevolentia, quam austeritas, &c.) Ob quam rationem, ut inquit Hostien. *loco cit.* alloquens excommunicatum in tendentibus ad salutem, non ut illi faveat, sed ut eum magis attrahat, poterit etiam dicere verba placencia, & ostendere signa dilectionis, quam ad ipsum, & eius genus habuit: unde non apparet cur etiam non possit salutationem interferere, & cum Hostien. transeunt ibidem Io. Andr. *nu. 2. in eodem ver.* Butr. *nu. 11.* & Cardin. *nu. 2.*

Neque verò hoc casu vigent rationes cur excommunicati salutari non debeant, quarum superius meminimus *nu. 3.* quandoquidem rationes huiusmodi vendicant sibi locum si salutato fiat principi-

paliter, secus si incidenter, ut salutis verba apud eum magis proficiant, ut in d. cap. Cum voluntate, & in cap. Cum excommunicato, *11. qu. 3.* & in cap. *Responsio*, infra eod.

Et eodem modo responderi potest ad doctrinam Molt. & *glos.* hic usupra ponderatam pro contraria parte, quia debet intelligi si salutato sit nuda, & simplex, secus si admixta cum verbis ad salutem pertinentibus, ut in iuribus præallegatis, Quinimo Petr. de Anchar. in d. cap. Cum voluntate, in *2. notab. n. 3.* (Si quis, inquit, principaliter ad hoc tendit ut excommunicatum ad penitentiam reducat verbis persuasivis, si cum tali hæc incidenter eveniant, & per consequens non curantur, ut ibi: illa enim, que incidunt, nec ad absolutionem faciunt, nec ad salutem: puta querit de uxore, & liberis ad dilectionem, quam habuit erga illius genus, & his similia: ad hoc. *Quæ extrinsecus*, ff. de verb. obligat. si ergo secundum Anchar. incidenter licet cum excommunicato participare etiam cohabitatione ad finem conversionis, longè magis licebit salutem dicere, arg. cap. *Ex parte*, *11. tercio*, de decim.

De Sententia excommunicationis.

Cap. Responso.

S V M M A R I V M.

- 1 Excommunicatus, & interdictus prædicari potest verbum Dei.
- 2 Excommunicati licet possunt Ecclesiam ingredi, dummodo officium non audiant.
- 3 Excommunicatus permitendus est per Ecclesiam transire.
- 4 Excommunicato Missam audiente extra Ecclesiam Sacerdos cessare debet, nisi inciperit Canonem.
- 5 Orare licet in Ecclesia, in qua excommunicatus existit non orandi causa.
- 6 Excommunicatus licitum est communicare ad finem ut ad penitentiam reducantur.
- 7 Excommunicatus sine occultis, sive manifestis nullo tempore intrare debet Ecclesiam, nisi ad audiendam prædicationem verbi Dei.
- 8 Ecclesia quid sit.
- 9 Excommunicationis gladius nervus est ecclesiastica disciplina, & si contemnatur, perniciem patris patris, quam salutem.
- 10 Excommunicatio est medicinalis, non mortalis.
- 11 Excommunicatus non denunciatur, nec publicè Clericorum persessoribus an liceat Ecclesiam ingredi post Constitutionem Concilii Constantiensis.
- 12 Excommunicati minore excommunicatione Ecclesiam intrare non prohibentur.
- 13 Divinorum appellatione an veniat prædicatione verbi Dei, & num. seq. usque ad n. 22.
- 14 Prædicatione verbi Dei non est actus Ordinis sacri, & demandari potest etiam Clerico in sacris non constituto, & num. 19.
- 15 Non tamen mero laico, & num. 19.
- 16 Prædicatione verbi Dei non incumbit ex officio nisi Episcopo.

- Episcopo, & Parocho.
- 17 Monachus etiam Diaconus, vel Sacerdos de iure non potest sine licentia Episcopi, vel Curati.
- 18 Episcopus etiam non conferatur, & Parocho non Sacerdos tenetur prædicare populo verbum Dei.
- 20 Suspendus à divinis non intelligitur suspendus à prædicationis officio, nec è converso.
- 21 Suspendus à divinis celebrando officium irregularis, secus in suspendo ab officio prædicationis.
- 22 Intellectus Clem. Quamvis, de foro compet.
- 23 Interdicti tempore administrari possunt Baptismi, & Confirmationis Sacramenta etiam adulti, & num. 27.
- 24 Item Sacramentum Penitentiae etiam sanis.
- 25 Viaticum decedentibus non denegatur.
- 26 Eucharistia sanis non conceditur.
- 27 Confirmatio est complementum Baptismi, & ante eam quæ non dicitur plene Christianus.
- 28 Interdicti tempore permittitur confirmatio confectio in die Cæne Domini, & consecratio olei baptismi, & anodorum.
- 29 Extrema Unctio denegatur. Et quid de Ordine, & Matrimonio, ibidem remissive.
- 30 Civis unius civitatis omnes, & simul possunt non tantum interdici, sed etiam excommunicari.
- 31 Universitas an excommunicari possit, & num. seq. usque in finem.
- 32 Universitas unde dicatur.
- 33 Quid sit.
- 34 Et quot homines faciant universitatem.
- 35 Universitas nomine quid veniat.
- 36 Communitas quid sit.
- 37 Collegium quid, & in quo differat ab universitate.
- 38 Episcopus cum Capitulo faciunt unum corpus.
- 39 Excommunicationis pena quædam gravis sit.
- 40 Excommunicatus traditur Diabolo corporaliter, & spiritualiter.
- 41 Interdicti quæ potest pro peccatis alienis, sed non excommunicari, & num. seq. & n. 51.
- 42 Regnum interdicitur pro peccatis Regis, civitas pro peccatis Episcopi vel Domini, & monasterium pro peccatis Abbatis.
- 43 Universitas ex more sacrarum Canonum interdicitur, singulares persona excommunicantur.
- 44 Excommunicantur in Bulla Cæne omnes, & singuli appellantes ad futurum Concilium, & universitates vero, & Collegia interdiciuntur.
- 45 Officiales laici relegantur personas ecclesiasticas excommunicantur ab Urbana VI. eorumque civitates, & terra supponuntur ecclesiastico interdicto.
- 46 Consules mercatorum non faciunt Collegium.
- 47 Legatos, & Nuncios Apostolicos impediens excommunicantur, & eorum regna, & terra interdiciuntur.
- 48 Loca civitas, & domini interdicuntur, & excommunicantur, & Officiales nuntiatur excommunicati ob violatam libertatem ecclesiasticam.
- 49 Princeps, & multitudo non est excommunicanda, Declaratur ibidem.
- 50 Multitudo etiam notorii peccati rea excommunicari non debet. Declaratur, n. 57.
- 51 Universitas excommunicari non potest quæ auctoritas non possit quæ auctores
- 52 Universitas, & Capitulum de iure veteri poterant excommunicari.
- 53 Intellectus cap. Si autem vobis, *11. q. 3.*
- 54 Populum quod homines faciunt.
- 55 Universitas duplex.
- 56 Intellectus cap. Romana, §. In universitatem, de sent. excomm. lib. 6. & num. 72. 79. 80. 84. & num. 94. & 109.
- 57 Multitudo an, & quando excommunicari possit.
- 58 Multitudo peccantium patrocinium errori non parit.
- 59 Multitudini an sit parcendum, qui numerus requiratur.
- 60 Universitas dupliciter accipitur, & n. 77.
- 61 Universitas prout est quid abstractum à singularibus personis nulla auctoritate excommunicari potest, & n. seq. usque ad n. 72.
- 62 Universitas, Communitas, Societas, Collegium, seu Capitulum dicuntur unum, non simpliciter: sed aggregative.
- 63 Gregem faciunt decem oves.
- 64 Collegium, & universitas non dicitur persona vera, sed ficta, & representata carnis anima, & Baptismo, & num. seqq.
- 65 Excommunicatio non ligat nisi personam veram, & num. 69.
- 66 Actus ad vivum sunt in patiente bene disposito.
- 67 Excommunicatione non ligatur nisi persona rationalis, & baptizata.
- 68 Universitatis res non sunt singularum, neque è converso.
- 69 Anima singularum non sunt universitatis, ibid. actus, & passionis prout consistunt in facto, sunt singularum, non universitatis, & n. 81.
- 70 Excommunicatione ut quis ligetur quas qualitates habere debeat.
- 71 Universitas ut est quid præcendens à singularibus personis non est capax interdicti.
- 72 Excommunicare universitatem, vel omnes de universitate non differunt. Declaratur, num. 89.
- 73 Interdictum corporis in materia cuius corpus non est capax, respicit singulos.
- 74 Capitulum est nomen intellectuale, & res incorporabilis, & nihil sacre potest nisi per membra sua.
- 75 Universitas, Collegium, vel Senatus an possint per Papam excommunicari, & num. seq. usque ad num. 79.
- 76 Papa prædecessorum suorum Constitutionibus non ligatur, tam ex defectu voluntatis, quam potestatis.
- 77 Senatus Venetus excommunicatus nunciatur à Paulo V. & dominium Venetum subicitur ecclesiastico interdicto.
- 78 Hieronymus, & Augustinus contra auctoritatem Papæ sententiam suam non defendunt.
- 79 Universitas, vel Collegium an ab inferioribus à Papa excommunicari valeat, & num. seq. usque ad num. 88.
- 80 Prohibitio nunquam sit generaliter ad cautelam eorum, que possunt contingere.
- 81 Communitas non præsumitur ita tota ad malum consentire, quin aliqui sine dissentientibus.
- 82 Iustus cum impio non est condemnandus.
- 83 Episcopi non possunt Sedis Apostolicæ decreta in totum, vel in partem convellere, vel mutare.

- 84 Excommunicari possunt ab Episcopo Priores, & omnes i de universitate mandatis eius rebelles.
- 85 Collegii maior pars, si delinquant, Collegium ipsum dicitur deliquisse.
- 86 Capituli alia est causa, alia Canonorum.
- 87 Canonici singulares citati, etiam si fuerint contumaces, non possunt excommunicari pro Capitulo non compente, ubi decreta sunt citatio contra Deanum, & Capitulum.
- 88 Excommunicatio lata à Papa in universitatem an valeat.
- 89 Et an liget innocios.
- 90 Et quid in foro poli.
- 91 Infantes excommunicationis sententia ligari non possunt, & num. 109.
- 92 Ecclesiæ non potest per excommunicationem excludere à Regno Dei nisi indignos, qui per peccatum mortale libertatem amiserunt.
- 93 Excommunicatio lata in universitatem ab inferioribus à Papa an liget, & timenda sit, & num. seq. usque in fin.
- 94 Penitus prohibere quid importet, & num. 105.
- 95 Excommunicatio lata in universitatem non potest referri ad singulos, & nu. seqq. Contrarium, nu. 106. & 109.
- 96 Capitulo excommunicato an consentiat excommunicati successores.
- 97 Generi existente incapaci non fit distributio, vel diffusio in eius species. Contrarium, n. 111.
- 98 Sententia lata contra privilegium non tenet, & num. 115.
- 99 Potentis est de genere honorum.
- 100 Excommunicatio si sit iusta, si sit iniusta timenda est, & num. 112. & seqq.
- 101 Si lata sit ab Ordinario, & in talem, qui quamvis sine culpa, tamen culpam committere potuit.
- 102 Excommunicationis sententia contra Canonici prohibitionem tenet, si feratur ab Ordinario, secus si à Delegato.
- 103 Gesta contra prohibitionem legi non procedentis ad irritationem actus an, & quando sint nulla, & num. 112.
- 104 Opinio tutor ex precepto eligenda est inter opiniones utrinque probabiles, ubi vertitur saluti periculum.
- 105 Sententia lata à non suo iudice est ipso iure nulla.
- 106 Universi, ac nihil aliud est, quam singuli homines, qui ibi sunt.
- 107 Excommunicans Capitulum censetur excommunicasse singulos, & n. seq.
- 108 Actus, qui non potest applicari universitati, applicatur singularibus personis.
- 109 Excommunicatio generaliter lata in universitatem referri non potest nisi ad capaces excommunicationis.
- 110 Diffusio quantumcumque generalis recipit restrictionem de habitate, & possiditate.
- 111 Excommunicatio in Suffraganeos lata ab Officialibus Archiepiscopi, qui de facili potest haberi, ligat, quamvis ferri non debeat.
- 112 Excommunicatio lata ab Episcopo non servata forma c. 3. sess. 25. Concilii Trid. valida est, licet sit iniusta, & excommunicatus indiget absolutione.
- 113 Excommunicatio lata ab Episcopo non servata forma c. 3. sess. 25. Concilii Trid. valida est, licet sit iniusta, & excommunicatus indiget absolutione.
- 114 Prohibitio legi non est inutilis, licet gesta contra prohibitionem sint valida.
- 115 Excommunicatio lata in universitatem an dicatur lata contra illum privilegium.

RESPONSO. Excommunicatis, & interdictis predicari potest verbum Dei, & tempore generalis interdicti concedi potest Baptismus, & Chirmitio in fronte, & penitentia morientium Hoc dicit Sunt dux partes principales. Secunda ibi, Præterea: & qualiter subdividitur in consultationem, & responsum: & secunda utriusque incipit, Super eo.

Nota primò ibi, apud aliquos Ecclesiam convocare, juncto vers. Dummodo, excommunicatos posse Ecclesiam ingredi, dummodo officium non audiant, ut hic notat Innoc. in fine, Anton. de Butr. nu. 4. Cardin. nu. 2. & Marian. Socin. nu. 3 in 4. notab. & tenet glof. in cap. Qui sicut, in ver. Dimisit, 1. qu. 1. ubi dicitur quælibet peccatorem, & etiam excommunicatum posse intrare Ecclesiam orandi causa, dummodo non interfit divinis officiis, cum non inveniatur prohibitum, cap. Nuper, supra eodem: idem firmat Bartholomæus Brixien. in d. cap. Qui sicut, Ant. de Butr. & Io. de Imola in c. 1. de vi. & honest. Clericor. & Sylvest. in ver. Excommunicatio, 5. nu. 2. vers. Unde si Ecclesiam ingressus, nec dissentit Ioan. Andr. in cap. Sacro, in ver. Ingressum, & infra eod. tum tenet excommunicatum permittendum esse transire per Ecclesiam. Idem videtur sentire Innocent. in d. cap. Nuper, nu. 5. in ver. Orando, ubi primò dicit: Nullo modo debemus orare ubi excommunicatus orat, quia videtur sibi communicare, cum eundem Deum simul pro populo Christiano rogemus: unde etiam si sit excommunicatus extra Ecclesiam, & audiat Missam, statim Sacerdos debet cessare, & alij Orantes recedere, nisi forte incipisset Canonem Missæ, quia tunc debet ibidem Missam perficere, quia non capit divisionem, cap. Nihil, 7. qu. 1. Deinde subjungit: Tamen si in Ecclesia esset excommunicatus non causa orandi, sed pro alio suo negotio, non video quare in eadem Ecclesia oratio non possit, quia sibi non communico in oratione, quia non orat; & sequitur Archid. in cap. Si cut Apostoli, num. 2. vers. Sic intelligi Innocentius XI. quest. 3. & hic Petr. de Anchar. num. 2. notab. & Card. num. 2.

Sed alij contradicunt intelligentes hunc textum procedere in hoc speciali casu, quando excommunicatus in Ecclesiam ingreditur ut audiat verbum Dei, & ratio specialitatis est, ut facilius ad correctionem inducatur. Quod satis innuit littera ibi, & eisdem ad correctionem induca: licitum est enim excommunicatis communicare ad finem ut ad poenitentiam reducantur, cap. Antecessor, 11. q. 3. & cap. Cum voluntate, infra eod. & notant hic Butr. Abb. Marian. Socin. & Felin. omnes in 2. notab. Sed extra hunc casum existimant excommunicato esse prohibicum ingressum Ecclesiæ per textum in cap. Perleu, 25. dist. 1. & cap. Clero, 21. dist. 1. ubi dicitur ad ostium pariterne claves Ecclesiæ, ut fideles recipiant, excommunicatos, & infideles respuat: & hoc tenet Raym. in sum. hu. tit. 8. Sed numquid, ubi dicit excommunicatos siue occultos, siue manifestos nullo tempore debere intrare in Ecclesiam, & concordat Goffred. hic, & Asten. lib. 7. tit. de damn. excomm. in princip. vers. Item Ecclesiam.

Nec obstat si dicatur, Alius non debet excommunicatum occultum prodere, vitando eum in publico: ergo multo minus idem excommunicatus

debet prodere seipsum: quoniam non est simile, cum non sit in potestate alterius excommunicatum corrigere, taliter eum vitando, sicut est in potestate sua seipsum corrigere, & absolutione impetrare, ut post glof. Guil. Asten. & Io. Friburg. formaliter hic dicit Henric. Boich. post. princ. & in hoc videtur residere Host. n. 3. dum dicit (Dispensatur enim hoc casu propter favorem animatum, & ita possunt intrare Ecclesiam, verbo tamen finito statim exeant, & fugiant, quia nec licet eis divina audire, ut notatur in cap. Quod in te, 5. 1. supra tit. prok.) & idem repetit in summa hoc tit. 5. in vers. Sed numquid, & apertius Io. Andr. in dicto cap. Nuper, in ver. Orando, numero 5. supra eod. ubi concludit excommunicatum non debere Ecclesiam ingredi, licet ibi non celebretur divina, nisi causa audiendi verbum Dei, ut hic & sequitur Marian. Socin. in cap. Sacris, in 9. principis articulo, in 17. dubio, num. 124. & seq. supra eod. ubi dicit hanc esse regulam ut excommunicatus extra casum predicationis verbi Dei non possit ingredi Ecclesiam, etiam si intraret alia causa, quam audiendi divina, subdens hanc partem esse de jure veriorum, licet contraria sit quærit. Ergo ad hæc huc secundæ opinionis; tum quia eum Ecclesia nihil aliud sit, quam cæteris, & communio fidelium, cap. Legimus circa med. 93. dist. cap. Multa, 1. qu. 1. cap. Loquitur Dominus, 24. qu. 1. sicut excommunicatus est à communionem fidelium exclusus, cap. Nihil, & cap. Canonice, 11. qu. 3. cap. Videmus, 27. q. 1. & cap. Tam sacerdotes, 24. q. 3. ita conveniens est, ut excludatur ab Ecclesia materiam, ubi fideles Deum deprecantur conveniunt, cap. Oratorium, & cap. seq. 42. dist. & cap. 2. de immunit. Eccles. lib. 6. tum quia iura præallegata in d. cap. Cleros, & cap. Perleu, generaliter, & indistincte arcent excommunicatos ab Ecclesia, nec apparent limitata, nisi in casu predicationis verbi Dei, ut hic, in aliis, ergo stabimus regulam, quia quod non mutatur, & c. 1. Sancimus, C. de testam. l. ab ea parte, ff. de probat. & not. glof. 1. in fine in cap. Inter hæc, 32. qu. 2. Tum demique quia excommunicatiois gladius nervus est ecclesiastica disciplina, & ad continendos in officio populos valde salutaris, ac si contemnatur, perniciem potius pariat, quam salutem, ut legitur in cap. 3. sess. 25. Concilii Tridentini. Per hoc autem quod excommunicatus excluditur ab Ecclesia: censura magis formidatur, ob quam rationem ampleditur hanc opinionem, & veriorum putat etiam Felin. hic in princ. & turtorem Henr. Boich. circa med. Neque hoc in odium excommunicati, sed ad illius utilitatem, & medicinaliter sancitum est, ut scilicet citius respiciat & spiritus ejus saluus fiat, cap. Multi, 2. qu. 1. cap. Audi, 11. qu. 3. cap. Cum medicinali, de sent. excomm. lib. 6. Rota. de sis 35. incipien. Si quis in causa, alias 10. num. 2. de senten. excomm. in novis. Procedit autem hæc conclusio etiam post Constitutionem Concilii Constantiensis, quæ incipit, Ad evitanda: nam est per eam indulgeatur Catholicis ut communicare possint cum excommunicatis, non tantum in divinis officiis, sed etiam in administratione, & perceptione Sacramentorum, exceptis tantummodo publicè denunciatis per sententiam, & notoriis Clericorum percussoribus: non tamen per hoc ipsi excommunicati in aliquo relevantur, ut ibi expressè cavetur in fine: unde quoad eos remanet antiqua prohibitio ingrediendi Ecclesiam etiam

ex alia causa, quam audiendi divina, cum non reperitur immutata, l. Præcipimus, in fine, C. de appellat. cum similit. & de intellectu, & robore prædictæ Constitutionis vide quæ scripsi latissime in cap. 1. supra de schismat. Intellige prædicta in excommunicatis majori excommunicatione: scilicet si minori, quia non prohibetur Ecclesiam ingredi, arg. cap. A nobis, supra de excep. & cap. Qui studet, in fine 1. qu. 1. & reproba Hugonis opinio tenet Guiliel. in cap. 1. cui, inf. eod. lib. 6. & Henric. hic in princip.

Secundò nota divini officii appellatione non venire predicationem verbi Dei: nam textus dicit primò excommunicatos, & interdictos posse in Ecclesiam convocari ad predicationem verbi Dei. Deinde subjicit limitationem, dummodo nullum in eis divinum officium celebretur. Et sic sub illis verbis, nullam divinum officium, licet universalibus negativis non includitur predicationem. In contrarium est glof. in Clem. Quamvis, in verb. Ad divina, de foro compet. ubi determinat divinatorum appellatione comprehendit etiam predicationem verbi Dei, allegat cap. Inter cetera, supra de offic. Ordin. & pro glossa facit text. in cap. Perleu, 5. Ad Diaconum, dist. ubi dicitur pertinere ad Diaconum predicare Evangelium, & Apostolum: concordat cap. in sancta, 92. dist. ibi (Quos, idest Diaconos, ad predicationis officium vacare congruebat) Item pro glossa facit text. in cap. Ad viciniam, 16. qu. 1. ubi statuitur ut nullus præter Domini Sacerdotes, predicare audeat. Item predicationis munus dicitur episcoporum præcipuum esse Concilio Tridentino, in cap. 4. sess. 24. & sic videtur actus Ordinis sacri, & consequenter comprehendit divinum appellacionem: unde sicut quis suspenditur aliquo ad officio sacerdotali, cap. Sanè il secundo, supra de off. diez & cap. 2. eod. tit. lib. 6. ita & predicationis officio, ut est textus in Clem. Capientes, de pen. Sed Doctores communiter tenent oppositum, quia nullo jure apparet prohibitum: quominus predicandi munus delegari possit Clerico in minoribus Ordinibus constituto: & quamvis statutum sit ne quis prædicet, nisi mittatur, ut ad Roman. 15. cap. ad abolendam, & cap. Cum ex iniuncto, de heret. non tamen reperitur statutum, ut mittendum esse debeat sacro Ordine iniciatus, ut plene respondit Navar. conf. 7. incipien. An predicare sit actus Ordinis sacri, in tit. de off. iud. deleg. qui amplius putavit, licet non bene, ut paulò post patebit, etiam meritum laicum posse predicare de licentia Sacerdotis, & Clericorum per cap. Multos, 23. dist. Et absolute officium predicationis non esse Ordini annexum sentit etiam Sylvest. in ver. Suspendi, num. 1. dum dicit suspensionem quandoque fieri non ab Ordine, sed ab aliquo alio, puta ingressu Ecclesiæ, actu predicationis, & hujusmodi, non obstat text. in d. cap. Perleu, & in cap. In sancta, quæ intelligi possunt de cautione, vel lectione Evangelii ad Missam, ut notat glof. utroque, & Navar. ubi supra, & dixi in c. Cum contingat, supra de atar. & qualis. Item non obstat cap. Ad viciniam, & Concilium Tridentinum in d. cap. 4. quia intelliguntur de predicatione exercenda auctoritate propria, & ratione sui officii, quale non habent nisi Sacerdotes Curati, & Episcopi. Qua ratione Monachus etiam si sit Diaconus, vel Sacerdos simplex non habens Ecclesiam curatam non potest predicare nisi de licentia Episcopi vel Sacer-

18 Sacerdoti Curati, ut probatur in d. cap. *Adhuc*, in *lib. 5. Eccl.* Et e converso Sacerdos curatus etiam non dum promotus ad Sacerdotium, potest & debet predicare populo verbum Dei, sicut & Episcopus non consecratus, qui prohibetur ea tantum exercere, que sunt Ordinis, non autem ea, que sunt jurisdictoris, vel officii, ut in cap. *Ansmissam* & cap. *Quod si in* §. *Præterea*, de *elect.* & in cap. *Quantum Obvenerit*, §. *68. dist. 1.* & hanc partem alias probavit Sacra Congregatio Concilii articulo diligenter examinato; nam proposito dubio an officium sollempnis prædicationis in Ecclesia possit simpliciter Clerico in sacris nunimè constituto ab Episcopo delegati: Die 23 Junii 1730. censuit nunimè prædicationis per Episcopum committi posse etiam Clerico, qui non sit in sacris Ordinibus constitutus. Dicitur tamen fuit in Sacra Congregatione, laico committi non posse. Et ita videbatur tota Congregatio sentire tum per allegata capitula de hæret. tum per Concilium Lateranense, *sess. 11. sub Leone X.*

20 Concludo igitur prædicationem verbi Dei regulariter non venire divinum appellatione, ut hic probatur. Et propterea de illa nihil agitur in *tit. de celebr. Miss.* & divinis officiis, sed in *titulo de offi. Ordin.* ut in cap. *Inter cetera*. Unde suspensus à divinis non intelligitur suspensus à prædicationis officio, nec e converso, ut notat glossa in d. Clem. *Capitulum ver.* *Suspensus*; Quæ propterea ad verum suspensionem ab officio prædicandi esse novam suspensionis speciem. Sic etiam quamvis suspensus à divinis celebrando efficiatur Irregularis. cap. *Is cuiusd.* *tit. lib. 6. c. Si quis Episcopus*, *tit. 4. 3. Innoc.* in cap. *Comatensis*, in *ver. Divinis*, de *sent. & rejudic.* *lib. 6.* tamen secus est in suspensio à prædicationis officio, ut notatur in cap. *Cum dilectum*, de *confess.* in cap. *Sacerdotibus de Cler. excomm. ministr.* & in d. Clem. *Capitulum ver.* & per Sylvest. *in ver. Suspensus*, numero 4. in 5. *quest.* scilicet si subjecta materia. & idem tamen ratio aliud suadet. Et ita intelligo glossam in d. Clem. *Quantum in ver. ad Divina*, de *sua compet.* ibi enim consideratur divina respectu concitus Populi ad hoc ut facta citatio ad expulsores Episcopos si pervenire verisimilis præsumatur, ut legitur in textu, & notat Ioan. Andr. in *c. fin. num. 3. in ver. In Ecclesia*, supra de *clandest. dispens.* Unde non mirum si appellatione divinum etiam prædicatione comprehenditur, quia non minus ad sacras conciones audiendas quam ad divina officia fideles confluere consueverunt. Et adde Sylvest. *in ver. Interdictum 5. numero 5. vers. Secundum*, ubi dicit divinum nomine solum venire ordinatum in Brevariario, & Missali.

23 Tertio nota tria Sacramenta, que administrari possunt tempore generalis interdicti. Primum est Baptismus. Et quamvis hic, & in cap. *Non est*, supra de *spusal.* exprimitur de parvulis habito respectu ad id, quod est frequentius tamen idem est in adultis, ut in cap. *Quoniam*, hoc *tit. lib. 6.*

24 Secundum est penitentia morientium; sed hodie non tantummodo morientes, sed etiam viventes tam sani, quam infirmi ad penitentiam licite admittuntur, ut in cap. *In eodem titulo*, & *lib. 6.* Hæc enim duo Sacramenta semper excipiuntur de quolibet interdicto, quia sunt Sacramenta necessitate, d. cap. *Non est*. iuncta glossa in *ver. Baptismus parvularum*. Et per penitentiam intelligitur e-

tiam Viaticum, quod decedentibus conceditur, ut in cap. *Quod in re*, supra *in prox. ibi.* (In illo verbo, per quod Penitentiam morientibus non negamus; Viaticum etiam, quod verè penitentibus exhibetur, intelligi volumus, ut nec ipsum decedentibus denegetur) & notat glossa *hic in ver. Præter baptismum*: Hæc enim est regula à Canone tradita, ut nulli penitenti si denegandum in morte Viaticum, cap. *Penitentes*, in *fine*, §. *dist. 1.* Sed sanis tempore interdicti Eucharistia non conceditur, ut tenet glossa in cap. *Final.* in *ver. Admittantur*, & Abb. *hic in ultimo notatum.* 4. & Navarr. in *Manual.* cap. 27. numero 178. Tertium Sacramentum est Christismus. Et quamvis textus similiter exprimat de pueris, tamen idem in adultis, ut in dicto cap. *Quoniam*: nam est hoc Sacramentum regulariter non sit necessitate, est tamen complementum Baptismi, ut in dicto cap. *De his vero*, de *confess.* *dist. 5.* & ibi glossa *final.* atque, ut Urbanus inquit *epist. 1. ad omnes Christianos*, cap. 7. (Omnes fideles per manus impositionem pisciporum Spiritum sanctum post baptismum accipere debent, ut pleni Christiani inveniatur) refertur in cap. *Omnes*, eadem *dist. 1.* & not. glossa *fin. hic*, & Host. in *fine*, in *ver. ad confirmationem*, non quod prima gratia per Confirmationem Sacramentum conferatur, & ante Confirmationem per Baptismum originale peccatum non deleatur, qui est perverfus nonnullorum hæreticorum error; sed quia per Confirmationem baptismalis gratia roboratur, ut explicat Suarez *tom. 5. disp. 34. scd. 2.* ad hoc cap. *Spiritus Sanctus*, de *confess.* *dist. 5.* Et eadem ratione in die Cenzæ Domini permittitur consecratio Christinus: quæ ad Confirmationem, & Baptismum est necessaria, ut in dicto cap. *Quoniam*, in *ver. eodem lib. 6.* & consecratio olei baptizandorum, ut per Navarr. *lib. 1. tit. 1.* Sed Sacramentum extremæ Unditionis denegatur, ut in dicto cap. *Quod in re*, & not. hic glossa in *ver. Præter baptismum*, Hostiens. *num. 4. in eodem ver. Abb. num. 1.* & reliqui, Anton. de Butt. in d. cap. *Non est vobis*, supra de *spusal.* & Sylvest. in *ver. Interdictum*, §. *numero 8. in fine*, §. 7. *quest.* De matrimonio autem & Ordine dicitur ut notatur per DD. in d. cap. *Non est vobis*, & per Sylvest. *dist. 7. quest. 7. num. 9. vers. Quarta exceptio*, & *vers. Sexta est in Ordinum collectione.*

30 Ultimo nota ibi, Ferrariensis Civis excommunicationis, & interdicti sententia sit ligati: omnes civis unius civitatis pariter, & simul posse non tantum interdicti, sed etiam excommunicari, prout hic notat Abb. in *4. notatum*, 4. & Felin. *num. 3.*

31 QUÆRO utrum Univeritas excommunicari possit.

32 Ad evidentiam præmitto secundum Ioan. Mon. & Ioan. Andr. in cap. *Romana*, *num. 7. infra eod. lib. 6.* Univeritatem dictam esse à Univerfo, & universum dici quasi in unum verbum, cum scilicet plures habent jus, vel causam vertendi se in unum, ut faciunt Univeritates, eo quod reperitur hoc eis concessum ab his, qui super hoc jus habent, ut l. 3. ff. de *Colleg. lib. 1.* Unde, ut ipsi distinguunt, Univeritas est plurimum corporum inter se distantium uno nomine specialiter eis deputato collectio, ut secundum Oldrad. *consil. 315.* Circa istud. Univeritas est multorum in unum Congre-

Congregatio eidem capiti subiectorum, vel ut Roman. inquit *consil. 400.* Quæritur numero 9. est corpus quoddam, quod ex multis invicem collectis conficitur, non autem ex una sola persona, licet in una propter casus supervenientiam jus eius conservari possit, ut l. *Sicut*, ad *fin. ff. Quod casusque Univerf.* *nom. & not. in cap. 1. sup. de elect.*

34 & in cap. *Gratum de postulat. Prælat.* & quinque homines faciunt Univeritatem castri, vel ville, ut notat Bald. in d. cap. 1. *numero 8. sup. per text.* in l. *fin. C. de testam.* ubi propterea infert ut si latitudo caveatur, ut villa teneatur emendare damna commissa in suo territorio & in villa non sint quinque viri, id est Patres familiaris, non comprehendatur in latitudo; sed glossa *fin. in d. l. Sicut*, tenet Univeritatem posse constitui per tres, & eam sequitur Bartol. in l. *Prætor*, *la secunda*, numero 1. ff. de *vi lictorum rator.* Et Univeritatis nomine censetur synodus, concilium, cœtus, conventus, de quibus *lidor* in cap. 1. *15. dist. 1.* Et sunt quasi synonyma, seu idem importantia Univeritas, Communias, Collegium, Corpus, Societas, ut dicitur Ioan. Monach. & Ioan. Andr. in d. cap. *Romana*: nam Communias dicta est à communis, & est commune compositum à cum, & munus, id est officium, quasi Communio plurium in unum officium cap. *Consulit*, supra de *Procure.* ut quia habent arcam communem, sigillum commune, & unum Rectorem, & similia, arg. c. *Dilecti*, supra de *excess.* *Prælat. not. Bald.* in cap. *Cum omnes*, numero 36. de *consecr.* & dixi in d. cap. 1. de *elect.* Collegium autem dicitur quasi in unum collectum, & est Societas Collegiarum in uno honore positorum, secundum Ioan. Mon. & Ioan. Andr. ubi supra. Vel ut dicit Prob. in eodem cap. *Romana*, *num. 6.* Collegium est collectio plurium corporum rationabilium constituens unum corpus representatum; omne tamen Collegium est Univeritas, sed non e contra, ut l. *Omniens*, ff. ad *Tribell.* & not. Bald. in cap. *Tercio loco* numero 3. supra de *probat.* Et hoc potest dici Capitulum, de quo per Ioan. Andr. & DD. in cap. *Capitalium* supra de *refer.* Et Episcopus cum Capitulo faciunt unum corpus, cuius Episcopus est caput, Canonici membra, cap. *Novis*, supra de *hu. & qua. fi. à Prælat.*

Quibus præmissis questio propofita duas habet inspectiones. Prima est an Univeritas excommunicari possit licite. Secunda est, an excommunicari possit valide, ita ut sententia excommunicationis quamvis ferri non debeat, amen si feratur, liget, & tenenda sit.

Circa primam inspectionem, ut videtur expediri per Constitutionem Innocentii IV. in dicto cap. *Romana*, §. *In Univeritatibus*, de *sentent. excomm. univ.* *lib. 6.* ubi differit verbis prohibetur ferri sententia excommunicationis in Univeritatem, vel Collegium, jubeturque promulgari in illos daturat de Collegio, quos culpabiles esse constiterit. Unde cum de hoc ibi fit casus apertus, si ultra versantur, qui in dubium revocant an Univeritas possit excommunicari: cum præsertim Constitutio illa rationi innitatur sanctæ, quæ in littera exprimitur ibi (Volentes amicorum periculum vitare, quod extitit sequi posset, cum nonnunquam contingeret innoxios hujusmodi sententia ferretur.)

39 Et confirmatur, quia excommunicationis po-

na gravissima est, imò nulla major in Ecclesia Dei cap. *Corripiantur*, 24. *quest. 3. cap. Assit*, 11. *quest. 3.* separatur enim à Deo, cap. *Certum*, 24. *quest. 3.* Ab Ecclesia fidelium removet, cap. *Omnia*, & cap. *Seq. 11. quest. 3.* tradit Satanæ, cap. *Andr.* & æternam damnationem inducit, cap. *Nemo Episcoporum*, eadem *caus. & quæst.* Unde S. Thomas in 4. *dist. 18. quest. 2. art. 1. quest. 2.* ad tertium post Magistrum Sententiarum docent excommunicationem triplicem incurrere, quia privatur gratiæ Dei, & protectione ejus speciali, & traditur Diabolo corporaliter, & spiritualiter. Quamobrem cum tot, & tam gravia mala per excommunicationem inferantur, ad vitandum periculum ferendi innoxios providè sancitum est, ut censura hujusmodi feratur tantummodo in personas culpabiles, de Univeritate, non autem in ipsum corpus Univeritatis, vel Collegii.

Atque ita non obstat quòd civitas, vel Univeritas possit interdici, ut hic patet, & sic quandoque puniantur qui non peccaverunt, ut cap. *Non est vobis*, supra de *spusal.* & cap. *Sancti*, in *secundo*, de *offi. delegat.* Quoniam hoc verum est in pena interdicti: nam pro peccatis Regis regnum interdicitur, ut in d. cap. *Non est vobis*, Civitas pro peccatis Episcopi, ut in d. cap. *Sancti vel Domini*, aut Rectoris, ut in cap. *Si sententia*, de *sentent. excommuni.* *lib. 6.* & monasterium pro peccatis Abbatis, ut in cap. *Cum dilectum*, supra de *relig. domib.* non autem in pena excommunicationis, quæ quis peccati non debet pro peccatis alienis, ut egregie probat Augustinus in cap. *Si habes*, 24. *quest. 3.* & notat hic glossa in *ver. Interdictum* supposita Host. Io. Andr. & alii inferius relati, *num. 51.*

Rationem diversitatis assignat Divus Thom. in 4. *dist. 18. quest. 2. art. 2. quest. 2.* ad secundum, quia interdictum non est tanta pena, quanta excommunicatio; quia interdicti non fraudantur Ecclesie suffragiis, sicut excommunicati.

Unde mos factorum Canonum est singulares tantum personas anathematis mucrone ferre. Univeritates verò interdictio supponere, ut cap. *Sicut*, *inter 20.* de *inveitand.* cap. *Cum dilectum*, *vers. Mandantes*, de *relig. domib.* & cap. *P. & G.* de *offi. delegat.* nam et in compilatione, qua utimur, scriptum sit (excommunicationis, & interdicti sententias in personam, & terram ejus promulgare) melius tamen in manuscriptis legitur (excommunicationis in personam, & interdicti in terram sententias promulgare) ut ibi est adnotatum in glossa marginali. Et hæc differentia colligitur etiam ex textu nostro: nam in prima parte, ubi agitur de excommunicatione, loquitur de civibus Ferrariensibus, in secunda verò agens de interdicto loquitur de civitate ipsa, ut observat Ioan. Andr. *num. 3. vers. Et nota quod supra dixit Civis.*

Et propterea in Bulla Cenzæ, §. 2. *Omnes*, & singuli cujuscunque status, gradus, seu conditionis fuerint ab ordinationibus Apostolicis ad universale futurum Concilium appellantes excommunicantur, Univeritates verò, Collegia, & Capitula interdiciuntur Quod caput de iure est ex Constitutione Pii II. contra appellantes ad futurum Concilium, quæ incipit *Execrabitis*, in *fine*, & habetur in Bullar. *tom. 1. pag. 316.* Et similiter Viba-

Urbanus VI in Bulla contra officiales laicos elegantes, seu proficribentes quoquo modo personas Ecclesiasticas, incipien. *Quia sicut*, §. 1. eodem tam. pag. 229. (Talia, inquit, præsumentes, si singulares persona fuerint, earum singulas; si verò Communitates, vel Univeritates extiterint omnes, & singulos eorum Potestates, Capitaneos, Scabinos, Rectores, Iudices, Consules, & Officiales, & Consiliarios, & privatas personas, quæ hujus sacrilegii principales patratores extiterint, excommunicationis sententias nec non eorum Civitates, Terras, Oppida, & Caltra interdito subiacere volumus ipso facto.) Vbi observandum est, per excommunicationem latam in Officiales, vel Consules, non cenferi excommunicationem corpus aliquod Univerfitatis, vel Collegii, quia ut Bald. inquit in cap. *Duobus*, num. 15. supra de sentent. & re iudic. Consules Mercato- rum non faciunt Collegium: quia essent duo Collegia in eodem subiecto, sed sunt Patres Collegii.

47 Et eodem modo in extravag. Ioan. XXII. *super gentes, de consuet.* excommunicantur Impedien- tes ne Legati & Nunci Sedis Apostolicæ accipi- antur, aut liberè exercent officium suum; & eorum Regna, Terra, & loca quælibet interdicitur, quamdiu in contumacia duxerint persisten- dum.

48 Quem morem hoc ipso tempore servatum vi- dimus in casu Reipublicæ Lucanæ: nam civitate, statum, & dominium nuper interdixit Episcopus civitatis Calcelli Commissarius Apolloli- cus; Vexillifero verò, Antiano, & Officiales, qui pro tempore extiterunt nominatim excommuni- catos nunciavit, eo quod nonnullos familiares Car- dinales Episcopi, & Inquisitoris cum armis reper- tos: duosque ejusdem Cardinalis fratres germa- nos in contemptum, & depressionem libertatis ecclesiasticæ carceribus mancipaverint, & eun- dem Commissarium S. D. N. super his specialiter alegantur admittere recusaverint.

49 Suffragatur etiam huic sententiæ glossa Augu- stini Martini, 13. ad hoc propositum relata à Divo Thoma in 4. *distin.* 18. *quæst.* 2. art. 3. *quæst.* 2. *versic. in contrarium*, ubi dicit: Princeps, & mul- titudo non est excommunicanda, idest princeps cum multitudine, seu Univeritate: Nam de Principe solo non ambigitur, quin excommunica- ri queat, cap. *Valentinianus*, 63. *distin.* cap. *Quoniam*, & ibi glossa in *ver. Communione*, 18. *distin.* cap. *Duo sunt*, 96. *distin.* ubi dicitur: (Plerique Pontificum alii Reges, alii Imperato- res excommunicaverunt,) & cap. *Ad apostolicæ, de re iudic.* & apertius hoc ipsum docuit idem Augustinus lib. 3. *contra episc. Pervenit*, ubi valde detestatur excommunicationis sententiam latam adversus multitudinem, etiam manifesti, & no- torii peccati ream, refertur in cap. *Non potest*, 23. *quæst.* 4. Ad idem textus in cap. *Comestiones*, in *fine*, 44. *distin.* ubi dicitur: levissimis quidem, sed instantissimis admonitionibus multitudine frā- gatur. Ergo non excommunicatione. Et ita ad hoc ponderat illum textum Felin. in cap. *Dilectæ*, numero 1. *versic. aliam rationem, supra de except. & Philipp. Prob.* in d. cap. *Romana*, numero 5. de sent. excomm. lib. 6.

51 Quamobrem Univerfitatem non esse anathe- ma feriendam censuerunt in d. cap. *Romana*

infra eodem lib. 6. Innocentius illius Constatito- nis Conditor Hostien. Archid. Ioan. Mon. Ioann. Andr. Lap. Gemin. Ancharan & Franc. & in hac Decretali glossa in *ver. Interdictio supplicia*, In- nocent. in *princip.* ubi exponit verbum *Cives*, hic positum, idest Consiliarii, vel alii, qui delinque- rant, arg. cap. *Veniens*, supra de Simon. & cap. *Lator*, de Cler. excomm. ministr. quia, inquit, ci- vitates non possunt excommunicari: vel Univer- sitas, cap. *Romana* infra eodem cap. Si habes, 24. *quæst.* 3. vel quod speciales cives erant excommuni- cati, sed tota civitas interdita. Host. num. 3. dicens (Civitas excommunicari non potest, & ideo est interdita; & Consiliarii, & Majores, per quos regitur civitas, excommunicari possunt: excommunicari enim non debet unus pro alio, sed bene interdici.) Ioan. Andr. num. 3. (Nota, inquit, quod supra dixit, *Cives*, hoc pro eo, quia civitas non excommunicatur, sed cives scilicet Consiliarii, & Majores, per quos civitas regitur, excommunicari possunt, allegat d. cap. *Romana*, infra eodem lib. 6. cap. *Dilectus*, il *secundo*, de Simon. & cap. *Significaverunt*, de except. Nec enim excommunicatur unus pro delicto alterius, licet bene interdicitur, secundum eum Anton. de Butr. num. 3. (Univerfitas, inquit, non excommuni- catur, quia per se excommunicationis pro delicto alterius quis non ligatur. Sed cives singu- lariter bene possunt excommunicari, ut princi- pales civitatem regentes.) Idemque totidem fe- re verbis repetit Petr. de Ancharan, num. 1. in 2. *notab.* & sequitur Abb. num. 4. in 4. *notab.* ubi ait (Nota quod omnes cives unius civitatis pariter, & simul excommunicari possunt. Et intelligo, quod excommunicatio feratur in personas capa- ces: nam in univertatem non debet ferri excommunicatione. Et idem dicit Felin. num. 3. Idem docuit sanctus Thom. in 4. *distin.* 18. *quæst.* 2. *artic. 3. quæst.* 2. & Turrecrmat in cap. *In crimi- nalibus*, numero 1. 5. *quæst.* & ex recencior. Covarr. lib. 2. *variarum resolut.* cap. 3. numero 8. in fine ubi testatur de communi opinione, Navar. *consil.* 24. numero 1. hoc *tit.* in *antiq.* Henric. in *Summa* lib. 13. cap. 25. §. 4. littera B. & Sayr. de censur. lib. 1. cap. 8. num. 15.

52 Ceterum est prædicta videantur satis claræ in oppositum tamen considero Constitutionem In- nocentianam in d. cap. *Romana*, §. in *Univer- sitatem*, hoc *tit.* lib. 6. Ius novum continere, prop- terea enim non procedit per viam declarationis. Unde ante ipsam constitutionem Univerfitas, vel Collegium bene poterat excommunicari. Ad quod allego tria iura; Primum scilicet textum in cap. *Si autem nobis*, 11. *quæst.* 3. ubi Populi, qui non obe- dierint Episcopo, sunt extorres à Regno Dei, & à consortio fidelium, & à liminibus Ecclesiæ ali- eni, & ita excommunicationis sententia ignodan- tur, ut ibi explicant gloss. Acchid. & DD. & cla- re probatur ex licet rasm illa tria non congruit nisi excommunicationi, quæ excludit à Regno Dei, cap. *Certum*, 24. q. 3. à consortio fidelium se- parat, c. *Nihil* & cap. *Cenonias*, 11. q. 3. & arcet à li- minibus. Eccl. c. *Cleric.* 21. *dist.* & c. *Periclitio*, 25. *dist.*

54 Populus enim non est unum simpliciter, sed aggre- gativè, seu collectivè: nam decem homines faciunt populum, cap. *Vnico*, 10. q. 3. *glos.* 1. & DD. in cap. 1. *supra de elect.* & Bartol. in l. *Prætor*, la *secunda*, numero 4. ff. de vi bonorum raptorum, & ut in- quit.

quit Bald. in cap. *In petractandia*, num. 1. *supra ut lite non contest.* Univerfitas est duplex, quædam di- cretorum tantum, ut Monachorum, & artificum; quædam non discretorum, ut populus; & hanc ap- pellat mixtam, & confusam Univerfitatem. Se- cundo allego textum in cap. *Significaverunt*, *vers.* Sed à parte, *supra de except.* ubi contra Capitulum Tornac. in gradu appellationis fuit opposita ex- communicationis exceptio, & textus decidit per huiusmodi exceptionem Capitulum non repellit à prosecutione appellationis; quia omnis legiti- ma defensio excommunicato in iudicio reservatur: & ita clarè admittit Capitulum potuisse ex- communicari; unde bene Anton. de Butr. ibi n. 2. (Nota, inquit, Capitulum posse excommunicari, licet subdat hodie hoc esse intelligendum ut in d. §. in *Univerfitatem*, & Host. ibi. 1. in *ver. Contra Cap- itulum*, dicit illum textum loqui in simplicitate antiqui juris, secundum quam & Capitulum, & Univerfitas excommunicabatur, & dicebantur posse excommunicari. Tertio ad idem allego textum in cap. *Vnico* in *princip.* supra de lit. *contest.* nam, ut ibi dixi n. 1. & patet in compilatio- ne antiqua, & recitant ibi Io. Andr. & Abb. uterq; num. 2. Capitulum Quintini irrogaverat injurias Episcopo Novienti, & Episcopus propter easimod. di injurias illud excommunicavit: & quamvis textus simpliciter narret factum, tamen illud non improbat, nec processum irritum decernit ex eo quod Capitulum non potuerit excommunicari, sed ex eo quod litis contestationem non invenit esse factam, ut ibi dicitur: & ita Capitulum, & Univerfitas olim excommunicabatur secundum Io. Andr. & Abb. ubi supra, & Butr. n. 6. in *secunda* 26 *oppo.* Cum igitur de iure veteri liceret Univer- sitatem, vel Collegium excommunicare, dicimus non esse recedendum à dispositione antiquorum Canonum, nisi quatenus iure novo reperiantur ex- pressè correcti, l. *Sanctimus*, C. de *testam.* & l. *Præcipuum* in *fine*, C. de *appellat.* expedit enim iura iuri- bus concordare, c. *Expeditat*, de *elect.* in 6. nova autem Constitutio Innocent. in d. cap. *Romana*, §. in *Univerfitatem*, infra eodem lib. 6. non corrigit jus vetus nisi in eo casu, in quo in Univerfitate repe- riantur, aut reperiri possunt innoxii, & non cul- pabiles.

57 Movetur enim ratione periculi animarum, quod sequi possent, cum nonnunquam contingeret inno- xios huiusmodi sententia irretiri, ut expressè ibi legitur. Et hanc rationem considerat Host. Ioan. Andr. Butr. Cardin. & alii supradicti n. 51. dum firmant idcirco Univerfitatem excommunicari non posse, sed interdici, quia pro delicto alterius non potest quis excommunicari, sed bene interdici. Atque ita loquuntur de Univerfitate illa, in qua aliquis reperitur innoxius: nam si omnes essent culpabiles per excommunicationem Univerfitatis, unus non ligaretur pro delicto alterius, sed unusquisque pro suo delicto. Et hanc ipsam ratio- nem ponderat S. Thom. in 4. *dist.* 18. *quæst.* 1. q. 2. dum dicit Ecclesiam providè sanxisse ut tota Co- munitas non excommunicetur, ne cum zizaniam, idest eum delinquentibus, eradiceret & triticum, idest seriantur infantes, & non culpabiles, Ergo si cesseret hæc ratio, eo quod appareat totam Com- munitatem deliquisse, non erit prohibitum in eam proferre excommunicationis sententiam: quod expressè docuit Dominus meus Io. Franciscus Fa-

gnanus in libello de just. & validè censurat. Pau- li V. in Rempubl. Venetam in 5. *par. de censur.* pag. 136. *vers. Præterea*, ait enim: Ideò in Constitutione Innocentii prohibita est excommunicatio in Uni- versitatem, vel Collegium; quia cum probabile non sit ali quam multitudinem in totam delicto consensisse, iustus cum impio non est condemnan- dus, ut apertè insinuat dicta Innocentii Constitutio. Quamobrem quoties constat totam Univer- sitatem, vel totum Collegium deliquisse, cessante tunc dictæ Constitutionis ratione, potest excom- municari, allegat Host. in *Summa*, tit. de *Contu- mac.* §. *hinc*, *vers. Ergo si constat*, Lap. Petr. de Anch. & Domin. quos sequitur Franc. in d. cap. *Romana*, §. in *Univerfitatem*, *vers.* in *glos. final.* in *fine*, Et hanc opinionem tanquam dictæ Constitutioni In- nocentii, & S. Thomæ verbis congruentem sequi- tur Tabiena in *ver. Excommunicatio*, 2. *vers.* Vel accipitur Collegium pro personis applicat.

Nec obstat auctoritas Augustini in d. cap. *Non potest*, 23. *quæst.* 4. quoniam intelligenda est ubi scam- dalum timetur, & multorum strages jacent, si ser- vetur rigor, ut in cap. *Pro constituto*, in *fine*, 59. *dist.* alias verò si non contemnat disciplina Ec- clesiæ in populo, sed sperari possit fore ut patien- ter sustineant, scienda est multitudo, cap. *hinc*, de *penit. distin.* 6. Hæc sunt verba glossæ in c. *La- tores*, in *ver. Multitudinem*, de Cler. excomm. ministr. & tenet Sylvest. in *ver. Excommunicatio*, 1. numero 10. *vers. Non debet*: Multitudo quippe peccantium patrociniū errori non parit, ut Hieron. in- quit *epist.* 2. ad *Rufinum*, & relatus ab Henr. Boich. in d. cap. *Latores*, adde D. Thomam in 2. *quæst.* 108. *art. 1. ad quintum*, ubi dicit, quando tota multitu- do peccat esse de ea vindictam sumendam, sicut Ægyptii proferentes filios Israel submersi sunt omnes in mari rubro, Exodi 14. legitur Felin. 2. *alia* cumulans in cap. *Dilectæ*, n. 6. de *exception.*

Demum cum in hac materia qui numerus re- quiratur ut multitudinem imponit deliquisse, à iudicis arbitrio dependeat, ut ibidem gloss. Henr. & ceteri declarant: merito S. Augustinus Donati- starum, eorumque populorum, qui majorem Africæ partem occupabant, multitudinem ut porè im- menfam, arbitratus est non debere excommuni- catione ferri: unde secus dicendum est in parti- culari Univerfitate, vel Collegio. Ad hoc d. cap. *Latores*, ibi (Si verò multitudinem magnam in hoc deliquisse cognoveris, &c.) Et hanc partem tenet expressè Io de Anan. in cap. *Dilectæ*, il *secundo*, in 9. *col. vers. Vel adde prædicta*, de Simon. & Felin. post eum in cap. *Dilectæ* in *Christo*, num. 1. *col. 2. vers.* *Limita tamen*, supra de *except.* ubi notabiliter limi- tant d. §. in *Univerfitatem*, Nisi omnes de Univer- sitate essent capaces dol, aut culpa; quia tunc om- nes essent culpabiles, possent excommunicari per nomen collectivum: & exemplificant in Col- legio Doctorum, in Capitulo, in Conventu Mo- nachorum, in Consilio populi, & similibus, in quibus cessat ratio d. §. *Inducunt*, Bart. in l. *Signi- ge*, ff. *de legat.* 1. & aliis in locis; ubi retigit an- fucellos Capituli, quod erat excommunicatum, sine etiam excommunicatio: ergo supponit Capitu- lum esse excommunicabile.

His in utramque partem adductis pro veritate considero Univerfitatem posse accipi dupliciter ex Sylvest. in *ver. Excommunicatio*, 1. num. 10. Vno modo prout est quid abstractum, & præcensens à singu-

ingularibus hominibus : & hoc modo sumpta Vniuersitas nulla auctoritate etiam Summi Pontificis excommunicari potest; tum quia non communicat, cum communicatio in actibus sit singularium, quorum sunt actiones; & consequenter a communione fidelium non potest excludi: tum quia cum sit quid fictum, & intellectu carens anima, & baptismo, impossibile est ut excommunicationem excludatur a Regno Dei, & tradatur Satanæ juxta textum in cap. Certum, 24. qu. 3. & cap. Audi, 11. qu. 3. & in specie not. Archid. in d. cap. Romana, num. 5. in ver. In Vniuersitate; & hoc intendunt ibi Io. Mon. & Io. Andr. ambo nu. 9. dum dicunt Vniuersitatem, Communitatem, societatem, Collegium, seu Capitulum dici unum non simpliciter, sed aggregativè, ut Arca est unum a aggregatione, & Domus, & Grex, quia decem oves faciunt gregem, ut l. Oves, ff. de ablo. & ob hoc nullum horum est persona vera, quæ est rei rationalis individua substantia. Vnde Collegium, & alia hujusmodi dicuntur persona non vera, sed representata, ut l. Mortuo, ff. de fideiussor. Item Vniuersitas caret anima, & baptismo: ergo non est capax impressionis excommunicationis quæ non ligat nisi personam veram, cap. P. & G. supra de off. deleg. cap. Sicut ille terzo, de iur. & principaliter animam, ut in cap. infra hoc tit. lib. 6. Et si contra fiat nihil agitur, quia secundum Philosophum 2. de Anima; Actus activorum sunt in patiente bene dispositio: ad quod facit: l. Pater Severiano, §. Conditionum, ff. de condit. & demonstr. ita Io. Mon. & Io. Andr. ubi supra, & idem Monach. in cap. Vi circa, de elect. lib. 6. Gemin. & Prapof. in cap. Sicut vir, 7. qu. 1. relati à Philippo Probo in d. cap. Romana, nu. 5. ver. Vt veniamus ad mentum simi frat. lib. 6. & Marian. Socin. in cap. Mulieres, in 7. principali articulo n. 15. supra eod. Oldrad. conf. 65. in fine, ver. Ponitur etiam panis, ubi refert Ioannem XXII. semel in Consistorio dixisse Vniuersitatem non posse excommunicari: & hoc quia non habet animam, nec personam veram, sed fictam, Feder. de Sen. conf. 15. Quæstio tati est, nu. 6. ver. eodem modo, & Turrecrem in cap. In criminalibus, n. 15. qu. 3. ubi ait Vniuersitatem, vel Collegium puniri posse non capitaliter, non corporaliter, vel spiritualiter id est per excommunicationem, cum sit corpus inanimatum. Et hoc ipsum firmat Hof. in d. cap. Romana, n. 5. ait enim Dicas ergo quod quantumcumque Vniuersitas, vel Collegium excommunicetur, numquam Vniuersitas est excommunicata, nec excommunicari potest; quia cum hæc sententia ligetur anima solummodo creatura rationalis, cap. Si quis Presbyterorum, supra de reb. Ecclæs. non alienan. & baptizata, cap. Omnis Christianus, 11. qu. 3. patet quod Vniuersitas, quæ nec animam habet, nec baptizata est, excommunicari non potest. Sicut enim res Vniuersitatis non sunt singularium, nec contra, §. Qui manumittit, 12. qu. 2. sic nec animæ singularium sunt Vniuersitatis: nam Vniuersitas unum corpus est, l. 1. ff. Quod cuiusque Vniuersit. & monstruosum esset ut unum corpus Vniuersitatis haberet plures animas: sed si animæ singularium considerarentur, tot haberet corpus Vniuersitatis animas, quot fuisset singuli, nisi forsitan videantur animam ponere, quam falso fingit Averroes, quæ secundum ipsum hominibus est communis, quod esset hæreticum dicere, & inanis; ideoque hac naturali ratione

considerata ad excommunicandum tale corpus, sicut est Vniuersitas vel Collegium, naturaliter non est aptum) Hæc Hostiensis.

69 Eodem argumento utitur Gemin. nam Actus, & passiones prout consistunt in facto, sunt singularium, non Vniuersitatis, cap. 2. de testib. lib. 6. & cap. Si sententia, §. 2. de sentent. excomm. eod. lib. Vniuersitas autem, vel Collegium non est quid singulare, nisi per representationem, l. Marius, ff. de fideiussor. Tunc arguitur (Excommunicatione ligat per personam veram, non representatam) cap. P. & G. de off. deleg. & cap. Sicut ille terzo, de iur. & habentem animam rationalem. cap. Si quis, de reb. Ecclæs. non alien. sed hæc omnia est Vniuersitas: ergo Vniuersitas non est excommunicabilis, ita Gemin. in cap. Sicut vir, in glof. 3. 7. qu. 1. & Felin. post alios in cap. Dilectus, num. 17. ver. Tu vide Dominum, supra de exception. Itaque si hoc modo sumatur Vniuersitas, quæstio proposta est de indubitabili, quia ad hoc ut quis ligetur sententia excommunicationis, infra scriptæ qualitates ex necessitate requiruntur, videlicet ut sit creatura, seu persona vera, rationalis, mortalis, baptizata, subdita, doli capax, quam theoreticam ponit, & per partes explicat Marian. Socin. in d. c. Mulieres, in 7. principali articulo, nu. 12. supra eod. Nulla autem ex his qualitatibus concurrere potest in Vniuersitate, si accipiatur ut quid abstractum, & segregatum à singularibus personis, ut ad sententiam patet.

70 Quinimo hoc modo sumpta Vniuersitas non modo non est capax excommunicationis, sed nec interdicti. Textus est, nisi fallor, satis clarus, in c. Si sententia, infra eod. lib. 6. ubi interdicta civitate, vel populo sit resolutio in singulares personas. Et reddidit ratio, ne alioquin sententia effectum careat, cum divinum auditio, & Sacramentorum perceptio populo ut universis non competant: ergo inanis est sententia interdicti lata in Vniuersitate, ut est quid præcendens à singularibus personis: quod clarus patet ex dicendis infra 73. & li. 9.

71 Alio modo accipi potest Vniuersitas pro singularibus personis omnibus collectivè, ita cum controversetur an Vniuersitas excommunicari possit, hoc fit in quæst. an singuli de Vniuersitate possint collectivè omnes, & universim excommunicari, siue dicatur, excommunico totam Vniuersitatem, vel Collegium, siue omnes de Vniuersitate, vel Collegio, hæc enim non differunt secundum Sylvest. ubi supra. In quibus terminis loquitur d. §. In Vniuersitatem: non enim prohibet, ut multi putarunt, quominus excommunicari possit Vniuersitas ut est quid abstractum, & præcendens à singularibus personis, quia huic abstracto non congruit ratio illa periculi animarum in textu expressa, sed loquitur de Vniuersitate in ordine ad personas de Vniuersitate exilientes, quæ possunt esse innoxie, & ideo non debent excommunicationis sententia irretiri, ut ibi declarat Franc. n. 3. ver. Loquitur enim iste textus quando profertur in Vniuersitatem animo ligandi singulos: & Felin. cap. Dilectus, num. 1. supra de except. In materia enim cuius corpus non est capax, interdictum corporis respicit singulos, ut inquit Io. Andr. in d. cap. Romana, num. 2. per d. cap. Si sententia, infra eod. lib. 6. Vnde ut dicebat Innoc. in d. c. Romana, nu. 3. ver. Ex isto loco, & post eum Io. Andr. d. w. 2. si litteræ impertentur contra Capitulum, ut cogatur

tur ad alicujus receptionem, Delegatus compellet singulos Canonicos ad receptionem ipsius, licet litteræ tantum contra Capitulum, & non contra singulos Canonicos sint impetratæ: & hoc est ex ratione, quia mandatum factum Capitulo ut aliquid faciat, intelligendum est, ut Canonici, & alia membra Capituli illud faciant, c. Pro sitorum, supra de præben. quia Capitulum, quod est nomen intellectuale, & res incorporalis nihil facere potest, nisi per membra sua.

75 In Vniuersitate autem hoc secundo modo considerata credimus esse distinguendum inter Papam, & Prælatos inferiores. Et quidem à Papa ambigendum non est, quin Vniuersitas, Collegium, Senatus, & hujusmodi excommunicari possint. Ratio est, quia prohibito Innocentii in d. cap. Romana, §. In Vniuersitatem, infra eod. lib. 6. est iuris merè positivi, cum nulla ratio naturalis, aut divina repugnet, quin personæ de Vniuersitate, si omnes sint culpabiles, simul, & collectivè excommunicari valeant sub nomine Vniuersitatis: quid enim interest, inspecto jure naturali, & divino, an sententia excommunicationis feratur in omnes de Collegio, an in Collegium? Iure autem veteri hoc non erat prohibitum, ut ostensum est supra nu. 52. At Romanus Pontifex prædecessorum suorum Constitutionibus non adstringitur, cum sit supra omne jus humanum positivum, cap. Propositus, de conc. præb. §. Illi etiam, 25. qu. 1. ubi dicitur (Sacrosancta Romana Ecclesia jus, & auctoritatem sacris Canonibus impertitur, sed non eis alligatur; habet enim jus condendi Canones, ut potest quæ caput est, & cardo omnium Ecclesiarum, à cuius regula nemini dissentire licet: ita ergo Canonibus auctoritatem præstat, ut seipsam non subiciat eis.) Hæc ibi. Vnde Constitutio Innocentii non ligat successores, tam ex defectu voluntatis, quam potestatis: textus est singularis in cap. Innotuit, §. Quomodo autem, supra de elect. lib. 6. Cum ea non fuerit prohibentis intentio, qui successores suis nullum potuit in hæc parte præjudicium generare, pari potest eum: imò eadem potestate succedens, cum non habeat imperium par in parem (Et docet S. Th. quodlib. 2. art. 13. & in 2. q. 95. art. 3. ad 3. Et in terminis prædictæ prohibitionis Innocentii tenet Sylvest. in ver. Excommunicatio, primo, nu. 10. ver. Si autem Papa excommunicat, qui non subicitur d. cap. Romana, & Dominus meus Ioan. Franciscus Fagnanus in prædicto libello de inf. & validit. censur. par. 5. de censur. fol. 136. ver. Respondetur Pontifici non tunc positivè, quod habetur in dict. cap. Romana non subelle. Et huic sententiæ observantia etiam subsequuta auctoritatem contulit temporibus nostris, ut in eod. libello, par. 5. unde tenentur esse hoc amplius in dubium revocare. Nam observantia, & consuetudo Romanæ Ecclesiæ prævalet auctoritati cupulicunque Doctoris, ut inquit S. Thom. in 2. 2. qu. 10. art. 12. unde art. 2. docuit contra auctoritatem Romani Pontificis nec Hieronymum, nec Augustinum, nec alium sacrum Doctorem (quam sententiam defendere: & eum refert, & sequitur Turrecr. in cap. 1. dist. 2. Atque ita non obstat quod dixit Augustinus de excommunicatione in multitudinem non ferendam præter eas, quæ dictæ sunt supra n. 57. Hæc de Summo Pontifice.

79 Ceterum inferioribus Prælatibus existimo absolute prohibendum esse excommunicationis sententiam, Fagn. in 2. par. 5. lib. Decretal.

tiam ferre in Vniuersitatem, vel Collegium: nam etsi possibile sit omnes de aliqua Communitate deliquisse, tamen raro hoc contingit, & iura adaptantur ad frequentius accidentia. Nam de e. ff. de legio. Ergo standum est generali prohibitioni Innocentii in d. cap. Romana, §. In Vniuersitatem, infra eod. lib. 6. licet in aliquo speciali casu omnes, & singuli de Vniuersitate deliquerint. Quam rationem ponit Richard. in 4. dist. 18. q. 5. ar. 3. & post eum Felin. in cap. Dilectus, num. 1. ver. Aliam rationem, supra de exception. & Philipp. Prob. ad Monach. in d. cap. Romani, num. 5. eodem vers. Præterea textus in d. §. In Vniuersitatem, non fundat suam prohibitionem in eo, quod in Vniuersitate actu reperiantur innoxii, sed in eo, quia potest contingere ut reperiantur: atque ita se fundat in sola possibilitate ut sic eligatur pars turior, & periculum animarum vitetur. Et quia semper est possibile, ut in communitate reperiantur aliqui, qui delicto non consenserint, propterea nullo casu ab inferioribus à Papa tota Communitas ferienda est anathemate: non enim est novum in jure ut prohibito generaliter fiat ad cautelam eorum, quæ possunt contingere, ut cap. Dixit Dominus, 32. qu. 1. l. Divortio, ff. de negot. gest. cap. Licet, supra de elect. cap. Ad aures, de tempor. ordinat. cum concord. in proposito adductis per glof. in d. §. In Vniuersitatem, in ver. Esse potest, & Holt. num. 5. in eodem vers. Et hoc aperit sentit D. Thom. in dist. 18. qu. 2. art. 3. q. 2. ait enim (Excommunicari non debet aliquis, nisi pro peccato mortali; peccatum autem in actu consistit; actus autem non est Communitatis, sed singularium personarum ut frequenter) & ideo singuli de Communitate excommunicari possunt, non autem ipsa Communitas: & quamvis quandoque actus sit totius alicujus multitudinis, ut quando multi navim trahunt, quam nullus trahere potest, non est probabile ut aliqua Communitas ita tota ad malum consentiat, quin aliqui sint dissentientes. Et quia non est Dei, qui judicat omnem terram, ut condemnet iustum cum impio, ut dicitur Gen. 18. Ecclesia, quæ iudicium Dei imitari debet, satis provide statuit ut tota Communitas non excommunicetur, nec collesis zizaniis simul eradiceatur & triticum. Servent ergo Episcopi Constitutionem Innocentii, sicut tenentur, quia sunt custodes Canonum, cap. Cum quibus, 24. qu. 3. & debitores omnes sacras regulas custodire, cap. Commisimus, 6. qu. 3. nec possunt inlicitationis a pollicite decreta in totum, vel in partem aliqua ratione convertere, vel mutare, cap. Instructio, 25. qu. 2. plenè Archid. in cap. Licet canon. nu. 3. ver. Et in assertivè dixit, de elect. lib. 6. Federic. de Sen. cens. 17. Quæstio tati est, per totum Petr. de Anchar. in repet. cap. 1. n. 108. ver. In contrarium, & num. 150. ver. Accedebis utique quodlibet, supra de Constitut. & dixi latissime in cap. Cum dilectus, de tempor. ordinat.

84 Præsertim verò, quia nulla ratio cogere potest Episcopum ad ferendam sententiam excommunicationis in ipsam Vniuersitatem, vel Collegium, cum circa transgressionem prohibitionis Innocentii possit habere intentum dicendo: Excommunico viros, & omnes de tali Collegio, qui parere noluerunt, vel mandata mea rebelles: Hoc enim non obviat Decretali Innocentii, & licite fieri potest, ut docet Hoff. in summ. tit. de contumacia, §. In verbi. Ergo constat, & allegat cap. Proposui, supra de